OBSERVATIONES
Mycologicæ

præcipue
ad illustrandam
Floram Suecicam

Auctore

ELIA FRIES,

Philos. Doctore, Botan. Docent. et Societ Physiogr. Lundensi Membro.

Pars Secunda.

Cum tab. IV. æneis color.

HAFNIAE,

Sumtibus Gerhardi Bonnieri.

MDCCCXVIII.

25,

Lectori benevolo S.

Historia fungorum, quæ ante BULLIARD et PERSOON rudis indigeſtaque moles, lucido tandem ordine tractari cœpit. Jubare exorto facilior quidem in via præmonſtrata progresſus; reſtant tamen multa offendicula amovenda, multa aſpera complananda, multa cava et doloſa ſolidanda. Nec abſimilis naturæ interpretatio cujus lacunæ ut expleantur, eſt unius cujusque, quantum tulerit ingenium et fortuna, almæ naturæ ſtudioſi ſolitarias inſtituere et colligere obſervationes, ſcientiam amplificantes et illuſtrantes. Hæ tandem librum naturæ interpretabuntur. Qua ratione ductus genera et ſpecies fungorum novas vel minus cognitas, ſaltim in patria sanctissima (cujus Floræ carissimæ illuſtrandæ, vires, opes et tempus conſumens totus incumbo) nondum lectas accuratius deſinire et deſcribere conſtitui. Optimus pater nobis beata hæc otia fecit.

Primam Obſervationum Mycologicarum partem, obrutam vitiis, quæ typographus pasſimque mea commiſit negligentia, perlegens alteramque in Mscr., ab his, ni fallor, liberam illis forſan caſu fatali obnoxiam, Hafniam mittens, multa equidem video, quæ ut explicem et excuſem æquisſimus rerum æſtimator jure exſpectet; nec poſſum non, quin lectores et recenſentes parti primæ nimis indulſiſſe concedam.

Vitia tamen, quibus laborat, me non latent. Reticeam typographica, quæ, cum ne unicam quidem plagulam ab his purgare licuerit; mihi non imputanda. Incerta quædam, aliorum plerumque auctoritate, ſynonyma ſunt allata; Deſcriptio una altera nimis forſan ſtricta, quæ omnia in parte ſecunda diligentisſime caſtigavi et sollicite evitavi. In hac enim omnes ſpecierum deſcriptarum diagnoſes novas elaboravi; loca natalia, tempus vigendi aliasque proprietates fideliter annotavi, deſcriptiones completas e plurimis ſpeciminibus omnium ætatum comparatis, tempore locisque diverſis collectis, ſtudioſe deſumſi, ex quo, præcipue cum plures forte fungorum carnoſorum ſpecies examinaverim quam quivis alius, formas aberantes et notas maxime characteriſti-

eas tute distinguere edoctus sum. Videantur cuidam descriptiones nostræ prolixæ nimis, sed observet velim Fungos proprios vulgo l. Pilomycos a me dictos, exciccatos in herbariis conservari nequire et facile concedat horum descriptiones absolutas omnino esse necessarias.

Quod autem ipse maximi facio et in quo summam meam posui operam est plena synonymorum, quorum nullum a me non examinatum proposui, determinatio, eo magis necessaria cum ab omnibus fere Mycologis nimis sit neglectus firmissimus hic obex contra varia nova ejusdem fungi nomina, quæ barbarie certissime brevi obfuscarent scientiam pulcherrimam. Quæ perpendens omnes in Mycologia auctores tam antiquos quam recentiores, qui mihi innotuerunt, hisce oculis lustravi, icones et descriptiones examinavi et in usum proprium commentarium has illustratem conscripsi. Verum quidem est studium veterum Mycologorum tempus et operam raro compensare, illorum tamen, quorum humeris quasi nitimur, laborum et observationum fructum, sine quo ultra nobis progredi non licuisset, spernere iniqui et levis est animi. Ex his fontibus multiplicem hausi utilitatem, præcipue e MICHELIO qui tantum, quantum reliqui omnes studio My-

cologiæ attulit incrementum; at gradum ejus giganteum coævi secuti sint haud passibus æquis. Hæc hactenus, alio loco persequar. *)

Cum in Bibliotheca nostra Academica omnis desideretur liber mere Mycologicus, sumtuosas peregrinationes synonymorum caussa facere coactus fui. Lætus quoque oblatam arripio occasionem Cel. Prof. SWARTZ et HORNEMANN gratissimum testandi animum, qui libros pretiosissimos mutuari haud gravati sunt. Mihi scientiæque maximo quoque fuit lumini, quod icones Agaricorum nitidissimas Celeberrimi Professoris SCHUMACHER, ipsius manu depictas lustrare mihi contigerit, quo factum est, ut fungos ejus ad species genuinas referre potuerim.

Quid autem per speciem intelligere debeas non adeo in promtu est, ut suspicari fas erat, cum in ore frequentissime geritur. Bene quidem, ut solet, hujus notionem in Web. et Mohr. Beytr. II. explicuit Cel. FLÖKE reque

*) In Diss. nostra: Fungi Linnæani determinati, cum Societat. Physiogr. Lundensi communicata.

Cenomycas determinans comprobavit. *) Rarius qudem limites à natura vix posīti videntur, et tum quisque ad suam provocat experientiam et arbitrium. Fidæ specierum determinationis exemplum luculentissimum præbent genera Agrostis et Arundo in Schraderi Flora Germanica; facile quis crederet, in altero plurimas, in altero paucissimas, distinguere species haud consentaneum esse; est tamen certissime naturæ conveniens. Hoc enim modo una tribus nullis fere, alia infinitis obnoxia est mutationibus. Tirones igitur ut species Agaricorum v. c. A. caudicinum, pratensem, butyraceum, conicum, polygrammum, fuligineum, gilvum etc. proteas præcipue sibi notissimas reddant commonitos volo. Rebus in dubiis potius conjungendum quam distinguendum. De cetero non possum non illud etiam animadvertere vitium, quod præcipue commisit accuratissimus alias BATSCH, ex uno alterove specimine imperfecto novam fingere speciem; melius procul dubio est, plantam prorsus non esse descriptam, quam male et imperfecte.

---

*) Cfr. Consp. nostr. LICHEN. etc. e methodo propria, prelo mox subjiciend.

Tabulas VIII æneas, quarum prima et ſecunda ab artificibus minus accurate delineatæ excudi curavi *). Plures addere neque potui neque utile duxi; plerumque enim ſynonymon citavi et bene elaborata differentia ſufficit deſcriptio; immo certior eſt, utpote omnes characteres exprimens, quamvis moleſtior determinatos; hinc iis, quos labor piget, optime ſemper placent icones. Tabulæ prætioſisſimæ, cujus triſtia multa adſunt epempla, aditum ſcientiæ difficillimum reddunt et a Mycologo, etiam ſi comparare ſibi poſſet, in ſilvarum penetralia duci nequeunt. Hinc Fungi BULLIARDI iconibus ſuperbis deſcriptionibusque quoque optimis illuſtrati raro ex autopſia citantur (dimidia pars nondum determinata!) cum Cel. PERSOONII ſine iconibus vexantur nullis dubiis. Hoc vero ut fiat, deſcriptiones cum delectu et discrimine confertæ eſſe debent, qua in re Nobilisſimi de ALBERTINI et de SCHWEINITZ nemini ſecundi. Omnes ab illis deſcriptæ ſpacies et varietates Agaricorum, Boletorum et Hydnorum, duobus exceptis, rite mihi cognitæ ſunt, et in genere meos determinans fungos ſine omnibus figuris et cum his tandem

*) Accuratisſimas nonnullas figuras Cel. ACHARIO debeo, quod gratisſimus agnoſco.

comparans vix unum nomen corrigendum inveni. Icones vero haud semel me errantem duxerunt.

Raro terminis novis, adhibitos vero explicans, usus sum. Teminologia tamen Mycologica plurimis indeterminatis onerata synonymis *), multis vexatur difficultatibus et seorsim polienda. Alio jam loco, lingua vernacula, hujus proposui specimen; de novo elaboratum et auctum divulgandum.

Methodum, quam in editione tertia beat. LILJEBLAD Svensk Flora fungos disponens secutus sum, hoc loco explicare haud a re alienum forsan videretur. Sed limites præfaminis nimis excederem et præcipue mihi in manus nondum pervenerit Nobilisf. NEES de ESENBECK opus, ut certiorem me fecerunt amici, classicum, quare ad aliud tempus et locum reservare cogor.

Scribebam Londini Gothorum d. 7 Apr. 1816.

---

*) Ex. gr. Lamellæ adnatæ, adnexæ, adfixæ — quomodo differunt? — Quæ apice totæ stipiti adhærent adnatas, ad partem adnexas etc. dicere vellem. Quod vero basin lamellarum dicunt auctores ex. gr. in Ag. ericetorum, est apex; basis enim est pars, qua pileo (non stipiti) adnectuntur; alias enim in omnibus speciebus lamellis liberis desideraretur basis! etc. etc.

Plagulæ, quas ex ſecunda parte vidi, vitiis typographicis etiamſcatent. Quantum me pigeant, vix eſt quod moneam; plura enim ſunt, quam quæ corrigi poſſint. Unum tantum alterumve omiſſum addam ſynonymon.

p. 33. Ag. carbonarius Fr.

A. ſilaceus β. ebulbis. Albert. et Schwein. fung. Niſk p. 205 (optime). p. 61. Ag. armillatus. Fr.

A. Bulliardi β. ſquamuloſus. l. c. p. 157.

p. 74. Ag. orichalceus Batſch.

A. fulvofuligineus. Perſ. ſyn. p. 284 ejusque varietas Ag. ſcaurus Mihi p. 78.

p. 104. Ag. platyphyllus Pers.

A. grammopodius Bull. Champ.

p. 174. Ag. extinctorius Linn.

Etiam h. l. Ag. procerus Auct. — (Ag. titubans eſt Coprinus verus).

EXPLICATIO ICONUM.

TAB. V.

Fig. 1. AGARICUS chloranthus. magnit. nat.
Fig. 2. CLAVARIA rosea. m. n.
Fig. 3. GEOGLOSSUM argillaceum. β. m. n.
Fig. 4. a. DOTHIDEA pithya. m. n.
b. Eadem aucta.
Fig. 5. a. DOTHIDEA gibberulosa. m. n.
b. Dissecta et m. a.
Fig. 6. DEPAZEA frondicola. m. n.
Fig. 7. a. Eadem aucta.
b. Perithecia solitaria magis auct.
Fig. 1, 4-7 dedit Cel. ACHARIUS.

TAB. VI.

Fig. 1. SISTOTREMA lacteum. m. n.
a. pileolus superne visus. m. n.
Fig. 2. POLYPORUS serpens. m. n.
Fig. 3. HYPOCHNUS isabellinus. m. n.
Fig. 4. HYPOCHNI aurei. var. m. n.
b. superficiei-pars. m. a.

TAB. VII.

Fig. 1. a. SPHAER. syngenesia. m. n.
b. aucta.
c. Sphæria solitaria et
eadem dissecta. magis auct.
Fig. 2. a. CERATOSTOMA chioneum. m. n.
b. solit. m. a.
c. dissect. m. a.
Fig. 3 a. HYSTERIUM (Clithris) culmigenum m. n.
b. m. a.
c. a latere visam m. a.

Fig. 4. a. XYLOMA caricinum. m. n.
b. m. a.
Fig. 5. a. XYLOMA areolatum m. n.
b. m. a.

Tab. VIII.

F. 1. Corynelia uberata.
a. magn. nat.
b. acervul. ſolitarius, ſupra viſus.
c. — ad perpendicul. diſſectus.
d. Perithecium longitutin. ſectum
e. Pulvis (Thecæ?) in caverna ſuperiori
— b —b. valde auct.

Fig. 2. Stegia diſcolor.
a. magn. nat.
Perith. ſolit. ſuperne viſum, cum operc.
c. — — opertulo deciduo.
d. — — a latere viſum.
e. Idem diſſectum.

Fig. 3. Taphnia populina. Fr. Obſ. Myc. 1.
p. 217.
a. magn. nat. — feneſcens.
b. perpendicul. ſecta.) magnit. valde
c. ſtratum marceſcens.) auct.
Obſ. Char. genuinus emendandus.
Thallus e floccis ovalibus ventricoſis non ſeptatis; ſtipatiſſime confertis ſtratum ſubrotundum foliis cupulæformi - impreſſum formantibus.

Fig. 4. Sphæria lactea.
a. m. m.
b. perpend. ſecta, magn. auct.

Fig. 5. Sphæria favacea.
a. m. n.
b. ſectio horizont.) magnit.) auct.
c. — perpendic.)

Fig. 6. Xyloma rameale. m. n.

AMANITA, P.

1. AMANITA *speciosa*, gregaria, pileo campanulato subviscoso glabro albo, disco griseo, lamellis liberis incarnatis, stipite solido subpubescente albo.

Aman. incarnata β laevis. *Albert. et Schwein. consp. fung. Nisk.* 142,

Agaricus pubescens. *Schum. Enum. Plant. Saell. II. p.* 227. (*et A. medius. l. c. est varietas minor*).

Fungus esculentus, e volva erumpens, pileolo desuper griseo-argenteo splendente, subtus carneo, pediculo longo albo, radice bulbosa. *Michel. Nov. Plant. Gen. p.* 183

In fimetis locisque similibus, solo semper pinguissimo; *Julio, Augusto. (copiose ad fattigstugan prope Femsiö)*. Conf. de coetero Auctores citatos.

Huc quoque referri forte posset *Fungus* &c. *IVtus Michel. l. c. p.* 182. Plura synonyma nondum inveni.

Descriptio. Gregaria. *Stipes* solidus elongatus, 4—8 uncialis, 4—6 lin. crassus, sursum leviter angustatus, erectus firmus albus, junior albido-villosus, dein glabratus, basi tomentosus volvatus. *Volva* bulbosa tomentosa alba laxiuscula irregulariter rupta, interdum tamen in lacinias quatuor æquales divisa, membranacea sicca erecta, 1—1½ unc. lata. *Annulus* nullus. *Pileus* carnosus, junior globosus, dein campanulatus, demum planus subumbonatus, 3—5 unc. latus, laevis glaber subviscosus, fere tenax, sordide albidus, disco et junior saepe griseus l. dilute umbrinus. *Caro* villosa! sordide albida. *Lamellae* rotundatae liberae latiusculae 4—6 natae, juniores albae, dein incarnatae, lateribus pulvere seminali obscuriori inquinatis, margine denticulatae e thecis prominulis, ut etiam in *Am. incarnata*, *fulva* &c.

Ad familiam *rhodophyllarum* pertinet et *A. virgatae* proxima quidem; sed evidenter distincta,

2. AMANITA *coprina*, minor, pileo con-

vexo viscoso flavescente, lamellis subliberis nigro-fuligineis, stipite fistuloso nudo albido.

Ad latera viarum in silvis, solo pingui, rarissime. Legi *d.* 9 *Aug.* 1811 prope Femsiö. a quo tempore non vidi.

Descr. Subgregaria. *Volva* subterranea parva laxiuscula glabra albida. *Stipes* fistulosus, 2—3 unc. longus, 2-lin. crassus, cylindricus subglaber erectus fragilis albidus. *Annulus* nullus. *Pileus* leviter carnosus, junior semiglobatus, dein convexus subumbonatus viscosus laevis glaber flavescens, margine aequali. Variat floccosus l. squamulosus. *Caro* tenuis albida. *Lamellæ* juniores leviter adfixae, mox liberae, alternae latiusculae nigricantes nebulosae.

Rarissima species, habitu fere *Agarici semiglobati*, cum quo, volva occultata, facile commutanda. An hujus sit monstrositas? Plurima tamen lecta sunt specimina, volva omnino genuina &c. Ab *Am. pusilla* colore pulveris seminalis, alias ut reticeam notas, praecipue differt.

Diligentissime mihi quaerenti et apud veteres et recentiores Mycologos nullum obviam

ivit synonymon; *Agaricus* enim VIII. *Gled. meth. fung.* p. 95, cujus descriptio non obstat: secundum iconem *Michelianam* (*Tab.* 81. *f.* 3) Lepiotae potius videtur apecies.

3. AMNITA *porphyria*, pileo convexo nudo laevi livido, annnulo subconcolori, lamellis stipiteque fistuloso albis.

Am. porphyria. *Albert. et Schwein. l. c.* p. 142 *t.* XI. *f.* 1.

Ag. subgracilis. *Batsch. El. fung.* p. 59.

Ag. volva magna et persistente exceptus, parvus &c. *Gled. meth. fung.* p. 91. c.

Fungus parvus, e volva erumpens, pileo desuper dilute griseo, inferne cum fistuloso et anulato pediculo albis. *Mich. Gen.* p. 185. *t.* 76. *f.* 3.

In silvis, praesertim abiegnis, locis umbrosis humentibus ex. gr. iu caespitibus *Dicrani glauci* &c. *Septembri.*

Descr. Solitarius l. gregarius. *Stipes* fistulosus, raro farctus, 2—3 unc. longus, 3-4 lin. crassus, cylindricus teres laevis glaber subfrigilis albidus, saepe etiam colore pilei tinctus, et omnino concolorem pingunt *Albert. et Schwein. l. c.* — *Volva* laxa subocreata alba glabra lacera. *Annulus* persistens albido livi

dus angustus subinaequalis laevis, demum fere liber. *Pileus* carnosus convexus, demum explanatus, obtusus laevis glaber, absque verrucis, 2—3 unc. latus, purpurascent l. cinerascenti-lividus, etiam expallens et fere griseus. *Caro* tenuis alba. *Lamellae* albae alternae confertae latiusculae liberae.

Distinguitur ab *Am. umbrina* volva ocreata et pileo nudo; ab *A. livida* annulo persistente et pileo laevi. — Volvam erectiusculam, stipitem rare bulbosum vaginantem et ad basin non partitam dico *ocreatam*.

Obs. *Agar. gracilis* Schum. Saell. II. p. 252 forte huc pertinet.

4. Omissis prolixis descriptionibus nonnullas addam species, in Suecia a me nuper detectas, alioque loco synonymis et observationibus illustrandas:

a) *Am. citrina.* P — Schaeff. 20.

Passim iu Suecia australi.

b) *Am. rubescens.* P — Schaeff. t. 95. Ag. scadiccinus. Scop. Carn, II. p. 417. *Ag. circinnatus.* Schum. Saell. II. p. 251.

Ubique in pinetis et fagetis. Caro semper rubescit.

c) *A. aspera.* P. — *Ag. verrucos.* Schum. l. c.

Locis praecipue deustis in fagetis.

Obs. Dispositio Amanitarum:

Trib. I. Rhodophyllae, *stipite* nudo, volva laxa; *pileo* laevi saepe sericeo, *lamellis* liberis albis, dein roseis l. nigricantibus.

a. *stipite fistuloso.* Aman. coprina. Fr. A. pusilla. *Pers.*

b. *stip. solido.* Am. virgata. P. incarnata, speciosa *Fr.*

Trib. II. Striatae, stipite subannulato, volva ocreata; pileo striato, interdum irregularit. verrucoso; lamellis liberis albidis immutabilibus, l. flaventibus.

a. *stipite solido.* Am. caesarea. P.

b. *stip. fistuloso.* Am. fulva. Fr. livida. P.

Trib. III. Spuamatae, stipite annulato, volva laxa l. oblitterata marginata; pileo nudo l. irregulariter aquamoso, lamellis liberis candidis.

a. *volva laxa * stipite fistuloso.* Am. porphyria A S ** *stip. solido.* A. verna. P. A. bulbosa. P &c.

b. *volva interdum oblitterata*, *marginatá.* Am. nitida Fr. citrina. P. A. umbr. P. &c. In his stipes nunc solidus, nunc cavus.

Trib. IV. Myoperda l. verrucosae, *stipite* annulato, volva laxa l. obsoleta; pileo regulariter vernicoso.

a. *volva laxa.* Ag. verrucosus. Bolt. Ag. nobilis. Bolt., modo icones fidae.

b. *volva obsoleta.* Am. muscaria, rubescens, aspera &c.

AGARICUS. L. P.

Series Prima. (I-VI.)

I. LEPIOTA.

5. AGARICUS *Persoonii*, solitarius, pileo carnoso planiusculo laevi albido-cinerascenti, lamellis liberis candidis, stipite solido crasso aequali subradicato.

Fungus esculentus &c. *Mich. Gen. p.* 173. *n.* 3. *(pileo aliter colorato).*

In silvis montosis Smolandiae, *Augusto* pluvioso, rarissime.

Descr. Solitarius. *Stipes* solidus, 3—4 unc. longus, ½-1 unc. crassus, cylindricus l. deorsum leviter incrassatus, (sed minime bul-

bosus), subradicatus firmus glaber, albidus; transversim squamoso-ruptus (an semper)? fusco-fibrillosus. *Annulus* superus (h. e. apici stipitis insertus) reflexus laeviusculus fuscescenti-albidus magnus. *Pileus* carnosus planiusculus, absque umbone, 3—4 unc. latus, laevissimus nudus glaber siccus l. humidus albidus, medio dilute cinerascens, margine patente. *Caro* alba immutabilis. *Lamellae* rotundatae liberae 2-4 natae subconfertae candidae.

Aman. rubescenti, ut suspicor, proximus; sed diversissimus stipite tereti aequali absque volva, carne immutabili, pileo laevissimo, albido &c.

6. AGARICUS *illinitus*, gregarius, pileo albo viscoso margine striato, lamellis distantibus liberis, stipiteque tenui aequali supra annulum tenuem laevi candidis.

Agaricus caulescens albicans, stipite longo annulato, pileo convexo viscido. *Linn. fl. Suec. n.* 1198.

Ag — *Fl. Dan. s.* 600.

Ag pratorum. *Retz. Scand. pag.* 309.

Ag. subcavus. *Schum. Saell· II. p.* 262. (*variet*).

Ag. mucidus, 7. epigaeus. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 148.

Fungus totus candidus, pileolo ampliori, glutine limacino infecto, pediculo tenuiori, cylindrico, annulo strictiori cincto. *Mich. Gen. p. 171. (variet. major, pileo vix striato, qualem quoque vidi).*

In ericetis nemorosis. Legi mense Septembri ad pagum *Flahult prope Femsiö*, haud copiose.

Descr. Solitarius l. gregarius, raro caespitosus. *Stipes* solidus, 3 unc. longus, aequalis tenuis, 1½—2 lin. crassus nec ultra, strictus tenax teres laevis subfibrillosus glaber, junior viscosus, dein siccus, albus l. leviter sordidus — *Annulus* parvus albus prope apicem stipitis insertus (raro in medio) subviscidus, aetate flavescens fugax; saepissime quoque cortinaeformis, ut in *A. olivaceoalbo hypothejo* aliisque. *Pileus* leviter carnosus, fere membranaceus, junior convexus, mox planus, obtusus l. obsolete umbonatus, 1½—2 unc. latus (semel 3 unc. fere vidi), viscosus nitens albus, l. unicolor, l. disco obscuriori vario, margine patente ſtriato. *Caro* candida. *Lamellae* primo adnatae, mox liberae et a stipite fere remotae, alternae distinctae distantes planae candidae, apicem versus parum latiores (1½—2 lin.).

Icon florae Danicae habitu parum et praecipue colore sordide albo, sed nullo charactere differt.

Certè diversa species ab *A. mucido*, stipite tenui cyliudrico; *annulo* tenuiori, subfugaci et cortinaeformi in aliis speciminibus, supra quem stipes laevis; pileo striato, loco terrestri &c.

Valde quoque probabile est plures huc referri posse species a veteribus stipite nudo descriptas, qu d tamen temere facere nolui. Synonyma *Michelli* et *Halleri*, a *Scopolio* ad *mucidum* l. *valentem* relata, certe falsa.

7. AGARICUS *hypothejus*, gregarius, pileo carnoso subdepresso varie olivaceo, lamellis distinctis decurrentibns, stipiteque immaculato flavescentibus, annulo fugaci viscoso cortinaeformi.

A. pyxidatus. *Schum. Saell. II. p.* 321.

Synonyma reliqua *vid. infra in Observ.*

In pinetis, sero autumno, passim.

Descr. Gregarius, raro solitarius. *Stipes* solidus, 1—3 unc. longus, 2—3 lin. crassus, aequalis teres firmus laevis glaber subviscosus; sed semper fere immaculatus, albidoflaveceus, intus albus. *Annulus* inferus (e glu-

sine stipitis continuatus) viscosus diaphanus fugacissimus-cortinaeformis, mox in fibrillis tenuissimis dissolutus, plane absque vestigio in adultis. *Pileus* carnosus, junior convexus, in quo statu, rarissime licèt, obsolete umbonatum vidi, mox depressus demumque totus infundibuliformis, subviscosus laevis glaber, ½—2 unc. latus. *Caro* pallide flavescens. *Lamellae* decurrentes sulphureae l. dilute vitellinae, juniores albidae, alternae, interdum dichotomae distantes distinctae crassiusculae 2 lin. circiter latae, numquam pulverulentae.

Observationes:

1. E descriptis *Ag. olivaceo-albo* Part. I. p. 5 et *A. olivaceo-fusco* Fl. Dan. 1372 proxime accedit; sed distinctam esse speciem e descriptione satis patet. Crescit de cetero *A. olivaceo-albus* per totam aestatem solitarie; *Ag.* vero *hypothejus* sero tantum autumno, ut plurimum gregarie. Alias quoque, ni fallor, adfines vidi species, ulterius tamen examinandas, inter quas eminet A. *limacinus* genuinus *Scopolii*, stipite bulboso insignis; *Persoonii* autem *Ag. limacinus*, ut e synonymo patet, est *A. olivaceo-allbus* et var. e *Albert.* et *Schwein.* ipsissima mea species.

2. Valde inter se differunt pauci, qui hunc commemorarunt Auctores. Praecipua iconibus illustrata synonyma sunt:

Fungus infundibulum imitans, viscidus serotinus. *Buxb. Cent. IV.* p 2. t. 2.

Icon rudis, descriptio melior.

Ag. vitellum. *Albert.* et *Schwein.* l. c. p. 179, t. 10. *f.* 3.

Icon mediocris, descriptio laudabilis.

Ag. limacinus. *Sowerb. Engl. fung.* t. 8.

Vix differt; licet fungo meo robustior et color pilei alienus.

3. Restat, ut de loco hujus et *olivaceo albi* pauca afferam; annulo enim saepe obsoleto et fugaci a Lepiotis genuinis differunt. Ob lamellas numquam pulverulentas Cortinariis adsocieri nequeunt, et hinc et affinitate *A. olivaceo-fusci* et analogia *A. illiniti* suadente ad Lepiotas non potui non referre; neglecto enim annulo *A. olivaceo-albus* esset Gymnopus et *hypothejus* Omphalia; et omnino inepte duo maxime affines removerentur species.

8. AGARICUS *muricatus* pileo carnoso flavo granuloso-muricato, aculeis conniventibus; lamellis emarginato-adnatis flaventibus, stipite curvato squamoso, annulo infero tenui,

Ad truncos vetustos fagineos, aestate et autumno rarior.

Descr. Gregarius l. nonnulla specimina sunt connato-caespitosa, *Stipes* farctus l. cavus, uncialis vel parum ultra, 2 lin. crassus, aequalis curvatus olivaceus l. fuscescens subfirmus squarroso-squamosus, *annulo* cortice stipitis continuato erecto parvo subfugaci. *Pileus* carnosus convexus obtusus, 1 unc. circiter latus, granulis aculeiformibus erectis passim conniventibus, nonnullorum instar Lycoperdinum, adspersus, laete flavus. *Lamellae* emarginato-adnexae 4 natae oblongae latae, a thecis prominulis denticulatae, albidae l. flaventes. *Caro* albida.

Forte diversa varietas lamellis fere ochraceis. Ab *A. granuloso* (muricato *Fl. Dan. t.* 1015 *f.* 2) species diversissima loco, magnitudine, forma &c, et praecipue granulis muricatis conniventibus. Annulus fere idem; sed in hoc tenuior.

9. AGARICUS *Hornemanni*, pileo carnoso convexo subviscoso glaberrimo, lamellis adnatis albidis, dein nigris, stipite solido, infra annulum album reflexum squarroso-squamoso.

Valde vulgaris et in fagetis et pinetis in

par. Femsiö. Menſe *Septembri* praeſertim obvius.

Affinis *A. squamoso* 15.

Descr. Solitarius, firmus, *Stipes* ſolidus, 3—6 unc. longus, ½ unc. craſſus, aequalis firmus albidus; ſupra *annulum* album laxum majusculum reflexum extus laevem intus plicatum leviter adpreſſo-ſquamuloſus; infra annulum squarroſo-ſquamoſus, squamis albis patentibus, demum revolutis; basi ſaepius laevis glaber radicatus l. subincurvus. Aetate flaveſcit stipes et annulus, a pulvere ſeminali nigreſcens, tandem fugax. *Pileus* carnoſus obtuſus hemisphaericus, dein convexus, 2—5 unc. latus, ſemper laevis glaber, coelo pluvioso viscoſus, margine inflexo regulari, in luxuriantibus demum ſubrepando. *Calor* elegans varius, junior cinnamomeus l. ferrugineo-lutescens, expallens, disco praecipue luteſcenti-lividus &c. *Caro* alba immutabilis subcompacta, odore debili fere mali. *Lamellae* totae adnatae, demum subdecurrentes, 4-natae. 2—4 lin. latae, breviores angustiores, juniores pallidae, dein cinereae, tandemque nigrae, margine a thecis prominulis denticulatae.

In truncis numquam vidi; hujus tamen

certissime varietas est *Agar. squarrosus* Fl. Dan. t. 1191. (*Pers. syn. p.* 405 sub *depilato*).

Obs. Lepiotae varias continent tribus naturales, e quibus plarimarum lamellae deeolorantes et demum pulverulentae. Ex erunt Ag. *colubrinus*, *dilutus*, *haematospermus*, *pracox* et plurimi alii, qui omnes stricte et secundum Persoonium ad Pratellas referendi. Cum igitur nulli certi dentur limites et distinctio mere artificialis, omnes Pratellas majores P., squamosas et annulatas inter Lepiotas, laeves et cortinatas inter Cortinarias dispono. Quo enim charactere *Ag. fascicularem* a Cortinariis distinguere poſſis?

10. AGARICUS *reflexus* gregarius, pileo carnoso-sicco umbonato aureo-ochraceo squamoso, lamellis adnatis flavis, demum obſcure cinnamomeis, stipite solido, infra annulum veliformem fugacem squarroso-squamoso, squamis reflexis.

Agaric. reflexus. *Pers. syn. p.* 311 (*inter Gymnop.*)

A. pilosus. *Schaeff. fung. t.* 80. (*male*).

A. floccoſus. *Gmel. Syst. nat.* II. *p.* 1400.

Habitat et ad terram in truncorum vici-

nilste et ad ligna dejecta putridiſſima pinea, paſſim in ſilvis. *Augusto, Septembri.*

Huic proximus. Ag. flammans· *Batsch. El. fung. p.* 87 *t.* 7. *f.* 30.

Descr. Gregarius, vix caeſpitoſus. *Stipes* ſolidus, 2—3 unc. longus, 2—4 lin. craſſus, teres firmus rectus t. flexuosus albidus mox laete flavus, intus concolor, squarroso-squamoſus, ſqvamis reflexis dein revolutis flavidis, apice annulato-cortinatus, *velo* radiato flavo ſupra fuſceſcenti, demum fugaci. *Pileus* carnoſus planiuſculus, junior ſubobtuſus, dein umbonatus, 1½ unc, latus, tenax lutens l. aureo-ochraceus ſubnitidus ſiccus ſquamoſus, ſquamis piloſo-faſciulatis flavis ſparſis ſubconcentricis, primo adpreſſis, demum etiam reflexis; margine juniorum inflexo, dein patente, nunc orbiculari, nunc repando. *Caro* junior alba, dein flava, a membrana pileum tegente ſeparabilis. *Lamellae* totae adnatae (raro leviter emarginatae) denticulo tenui decurrente 4natæ, juniores flavae, demum ferrugineae, l. umbrinae.

Ambigunt quoqoe hic et sequentes inter *Lepiotas* et *Cortinarias*; ſed ſumma affinitas et ſquamae pilei stipitisques huc referendos eſſe teſtantur. Cel, Perſoon, ut e tota deſcriptio·

ne elucet fungum tantum vetustum, habitu haud parum diversum vidit et ad *Gymnop.* retulit. Distincta omnino species nec cum *A. squarroso* conjungenda, ut apud *Batsch El. fung. p.* 85.

11. AGARICUS *aurivellus*, gregarius, pileo carnoso sicco luteo ferrugineo-sqamoso, lamellis adnatis flaventibus, dein ferrugineo-fuscis, stipite solido, infra annulum laxum reflexum lævi fibrilloso.

A. aurivellus. *Batsch. El. fung. Cont.* 1. *p.* 153. *t.* 22. *f.* 15. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 148.

Ag. filamentos. Schaeff. t. 209.

A. squarrosus. *β. Pers. syn. p.* 268.

Habitat ad arborum truncos vetustos, autumno.

Descr. Gregarius. *Stipes* solidus, 2—3 unc. longus, ½ unc. crassus, æqualis teres firmus curvatus, lævis l. obsolete squamosus, flavus ferrugineo fibrillosus, intus concolor. *Annulus* membranaceus laxus reflexus, extus lævis stipite concolor, intus luteus pulvere seminali ferrugineo deorum conspersus. *Pileus* carnosus convexus obtusus, 2—3 unc. latus;

siccus eleganter luteus squamosus, squamis adpressis subimbricatis (etiam sparsis) obscurioribus subferrugineis, margine inflexo, demum patente. *Caro* compacta pallide flava, odore vix distincto. *Lamellae* adnatæ leviter rotundatæ, 4-natæ, breviores truncatæ, pallidæ, dein ferrugineo-fuscæ, margine e thecis prominulis denticulatæ.

12. AGARICUS *adiposus*, cæspitosus, pileo carnoso viscido! luteo ferrugineo-squamoso, lamellis adnatis flavis, dein ferrugineis. stipite solido cortinato squarroso-squamoso.

Ag. squarrosus, adiposus et imbricatus. *Batsch. El. fung. p.* 95. *cont.* 1. *p.* 147, 149. *t.* 8, *f.* 31. *t.* 22. *f.* 113, 114. (*mediocr.*!)

A. arcuatus et squamosus. *Schum. Saell.* II. *p.* 339, 264.

In truncis fagineis Smolandiæ, vulgaris: *Sept. Octobri. Novembri.*

Descr. Cæspitosus. *Stipites* plurimi fasciculati 3—6 unc. longi, $\frac{1}{2}$-1 unc. crassi, deorsum incrassati teretes duri firmi læte flavi, juniores albidi, demum e pulvere seminali ferruginei, squamis obscurioribus ferrugineis laceris adpressis, dein squarroso-reflexis vestiti, intus solidi albidi, basi rhabarbarini dein fusci.

Annulus: cortina fibrillosa radiata albida, dein flava, demumque ferruginea. *Pileus* carnosus convexus dein explanatus subumbonatus, 3-7 unc. latus, semper valde viscosus læte luteus squamosus, squamis sparsis confertisque concentricis pilosis, junioribus adpressis maculæformibus luteis, adultis reflexis ferrugineis, tactis decedentibus. *Caro* albida, disco crassa. *Lamellæ* adnatæ, leviter rotundatæ l. truncatæ, 8natæ latiusculæ integerrimæ pallide flavæ, demum ferrugineæ l. fusco-umbrinæ.

H. l. Agar. salicinus. *Schum. l. c.* p. 262, licet solitarius.

13. AGARICUS *squarrosus*, cæspitosus, pileo carnoso sicco! croceo ferrugineo squamoso, lamellis adnatis olivaceo-pallidis, dein fuscis, stipite solido subcortinato squarroso-squamoso.

Agar. squarrosus. *Pers. syn. p.* 268 *(ut suspicor, exclus. var. syn.)*. *Swartz in vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 12. *(exacte !)* *Curt. Fl. Lond. t.* 264. *(non optima).*

Ag. floccosus. *Schaeff. fung. t.* 61. *Pers. Comm. p.* 25.

Amanita. 2412. *Hall. helv.* III. *p.* 167

(hujus potius loci, quam n. 2399, *quam citarunt Cel. Persoon, Swartz &c.)*

Agaricus squamosus. *Bull. Herb.* 266. *(bene).* In fagetis Smolandiæ juxta arborum radices *Octobri, Novembri,* passim.

Descr. Stipites cæspitosi numerosissimi, 2—4 unc. raro ultra, 4—5 lin. crassi, in meis speciminibus semper deorsum attenuati, teretes firmi, supra annulum læves glabri, infra vero squamosi, squamis erectis dein reflexis confertis sursum majoribus laceris ferrugineis. *Annulus* cortinæformis radiatus fugax ferrugineus. *Pileus* carnosus convexus, dein planiusculus subobtusus, 2—4 unc. latus, subcroceus *siccus* (etiam post pluvias per plures dies continuus; prioris autem viscosus coelo sereno) firmus, squamis confertis fibrosis laceris demum revolutis ferrugineis obsitus, margine subdeflexo. *Caro* straminea compacta, haud crassa. *Lamellæ* rotundato-adnatæ, denticulo tenui decurrente, 4natæ confertæ distinctæ, colore singulari olivascenti-flavido pallido, dein subferrugineo, e thecis prominulis sæpius denticulatæ.

„Oder piscinus" Pers.

Ad eandem tribum naturalem pertinent

9—13; sed distinctissimas esse species, passim licet confusas, ex iteratis observationibus scio certissimus. Singulare quoque 10—13 quoad colorem lamellarum easdem subire mutationes.

De synonymis neglectis pauca adferre debeo. *Ag. villosus* Bolt t. 42 certe non hujus loci. In specimine *Sowerb. Engl. fung.*, quod coram habeo, desideratur T. 284, *Ag. floccosum* sistens, ut de hoc nihil dicere possim. Nihil illustrans de fungo suo atulerunt *Albert.* et *Schwein* — *Batschii Ag. imbricatus* ad priorem pertinet. — *Ag. sqvarrosus* Schum. certe ad hunc referendus, licet descriptio ad unquem non quadrat. Icon Floræ Danicæ *t.* 491 non bona et vix citanda.

14. AGAGICUS *pholideus*, solitarius, pileo carnoso convexe-plano umbonato, squamis subsquarrosis fuligineis villoso, lamellis violaceo-atgillaceis, dein obscurioribus, stipite solido fuligineo-squarroso, supra annulum sed cortinatum fuscum albido-violaceo lævi.

Ag. pholideus. *Liljebl. Sv. fl. ed.* 3.

Ag. tepidocnyces. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 155. 12. *f.* 1.

Amanita 2399. *Hall. helv. p.* 166 *(hujus loci) exclus. var. syn.*

A. sublanatus. *Sowerb. t.* 224 *valde affinis.*

In fagetis et betuletis ericetosis, *Augusto* et *Septembri.* Passim circa Femsiö, etiam a me in truncis lectus:

Descr. Stipes solidus, demum a vermibus perforatus, 2—4 unc. longus, 3—6 lin. craſſus, deorsum leviter incraſſatus, non tamen bulbosus, teres firmus, squamis subconcentricis erectis fuligineis l. nigro fuſcis fibrillosis vestitus infra annulum, ſupra quem lævis glaber albido-violaceus. *Annulus* fuscus persistens cortinæformis, filis araneosis fugacibus. *Pileus* carnosus convexus, dein planiuſculus umbonatus, interdum circa umbonem depressus, 1—4 unc. latus, firmus ſiccus subregularis squamosus, squamis confertiſſimis, diſcum totum tegentibus, minutis fuligeneis, murinis l. fusco-nigricantibus, ut pileus junior hirtus appareat, margine rarioribus. *Color* ſubcervinus l. luteſcens. *Caro* tenuis albida, dilute violaſcens. *Lamellæ* emarginato-adfixæ, in junioribus tamen & in minoribus truncatæ, 4 natæ 2—4 lin. latæ, juniores violaceo-argillaceæ, dein argillaceæ pallidæ, demum sordidæ subspadiceæ.

15. AGARICUS *fpuamofus*, gregarius, pileo carnofo campanulato-explanato fubvifcofo fparfim fpuamofo, lamellis adnatis nigricantibus, ftipite farcto, furfum pulvere, deorfum fquamis albis reflexis veftito, annulo diftante.

Ag. fquamofus, *Perf. fyn. p.* 409

A. diftans. *Difp. meth. p.* 23.

A. nitens *Fl. Dan. t.* 1064.

Pasfim in ruderatis, hortis, lupuletis locisque montofis declivibus umbrofis circa Bökeberg, Femsjö, Granhult alibique. *Sept. Octbr.*

Defcr. Gregarius, raro cæfpitofus, in filvaticis folitarius. *Stipes* farctus, dein cavus; 3—4 unc. longus, 2 lin. craffus, deortfum leviter incraffatus, teres ftrictus, albidus, dein bafi præfertim ferrugineus, fupra annulum diftantem integrum perfiftentem fuperne fufcum pulverulentus, infra villofulus fquamisque fibrillofis reflexis albis fquamofus. *Pileus* carnofus. campanulatus, demum fere planus fubumbonatus, 1—3 unc. latus, humidus vifcofus livido-flavefcens, ficcus læte ochraceus, lævis glaber, fed fquamis fparfis rarioribus præcipue marginem verfus confperfus. *Caro* albida. *Lamellæ* adnatæ, ventricofæ, ftipitem verfus latiores, diftinctæ fubdiftantesque; 4—8 natæ, nigræ. margine albidæ, ad latera cinereo-maculatæ.

Species eximie diſtincta. Occurrunt quidem formæ nonnullæ aberrantes, vix ſeorſim notatu dignæ.

16. AGARICUS *furfuraceus*, gregarius parvus, pileo carnoſo-membranaceo dein umbilicato ſquamuloſo ſubcinnamomeo expallente, lamellis adnato-decurrentibus cinnamomeis, ſtipite fiſtuloſo furfuraceo, annulo fugacisſimo.

A. furfuraceus. *Perſ. ſyn.* p. 454. (*male ſub omphalia.*)

In ramentis ligneis, foliis dejectis et terra nuda, in ruderatis, hortis et et ſilvis muſcoſis, frequenter. *Auguſto* — *Octobri.*

Deſcr. Gregarius. *Stipes* fiſtuloſus, 1—2 unc. longus, 1 lin. craſſus, æqualis, teres, rigidus, ſpuamis furfuraceis minutis albidis, nunc totus nunc ſurſum tantum veſtitus, baſi albido-pubeſcens, pileo concolor l. obſcurior. *Annulus* (proprie cortina) albus ſquamulo-fatiſcens fugacisſimus, ſquamulas floccoſos in margine pilei relinquens. *Pileus* carnoſo-membranaceus obtuſus, junior convexus, dein umbilicatus, interdum etiam totus concavus, $\frac{1}{3}$—1 unc. latus, plus minusve ſquamuloſus, ſubcinnamomeus, margine pallidiori, exſiccatus helvolo-caneſcens l. alutaceus ſubſericeus. *Caro* tenuis concolor. *Lamellæ* adnatæ, ad

ſtipitem latisſimæ, demum decurrentes, quo magis pileus fit umbilicatus, cinnamomeæ. *Pulvis* ſeminalis concolor.

Habitus quidem. *A. farinacei*, de cetero vero toto coelo diverſus. Variat ſtipite longiori et breviori, lamellis diſtinctis et venoſo-convexis. Affinis eſt *Ag. ſegeſtrio* §. 18 et in ſerie naturali ad Cortinarias procul dubio pertinet.

β. heteroſtichus, pileo depreſſo cinnamomeo-fulvo humido, exſiccato pallido, lamellis adnatis arcuatis ochraceis, ſtipite compreſſo.

Ad vias ſabuloſas. Stipes 3—4 unc. latus. Vidi in hujus conſortio ſpecimina in Ag. fragilem *Batſch Perſ. ſyn. p.* 455. ad unguem quadrantia.

γ. sobrius, pileo convexo flavo; lamellis margine albicantibus, cortina alba.

Creſcit in ſilvis. Pileus raro umbilicatus.

Qualis ſecundum characterem Perſoonii hoc loco propoſita eſt Lepiotæ familia artificialis nec naturalis dicenda. Diſtingui nequeunt Pratellæ A. — *Conf. p.* 15. In noſtra vero Agaricos diſponendi methodo, e pulvere ſeminali lamellarumque adnexione deſumta, alio loco explicanda, ad Lepiotas tantum refero ſpecies, pul.

vere feminali albo fcatentes, quales funt Ag. procerus, Perfoonii, robuftus, polymyces, charcarias, granulofus, muricatus, mefo-morphus illinitus, mucidus, olivaceo-fufcus limacinus Scop., olivaceo-albus, hypothejus &c. Species autem pulvere feminali fufco-purpureo, ut in A. campeftri, æruginofo, Hornemanni, fquamofo &c. cum copriuis e fectione fecunda ad pratellas, exclufis rhodofpermis, pertinent. In omnibus his, ut nuper obfervavi, velum certisfime adeft. Reliqui pulvere feminali *ferrugineo. cinnamomeo* procul dubio funt, ut et reflexus, aurivellus, adipofus, fquarrofus, caudicinus, pholideus, furfuraceus &c. Etiam tamen in methodo Perfooniana ad Cortinarias translocandi *Ag. helvelus*, *A. brunneus*, A. *flexipes &c.* quorum annulus fic dictus tantum eft Cortina contexta.

II. CORTINARIA.

Trib. I. *Desmopus.* cæfpitcfi, truncigeni. *Stipes* cavus l. farctus. nunquam bulbofus, fibrillofus; cortina telofa.

Pileus carnofus obtufus lævis a ftipite diftinctus.

(Color plerumque flavefcens.)

Agar. fafcicularis, *lateritius*, *maculofus*, *flavidus*,

Affines: *Lepiotæ squarrotæ* & *Cort. Leptop.*

17. AGARICUS *capnoides*, cæspitosus, pileo carnoso ochraceo sicco, lamellis subadnatis cæsiis, stipite flavescenti æquale fibrilloso.

Ad truncos pineos in silvis, rarior. Fine *Septembris* & init. *Octobr.*

Descr. *Stipites* plurimi fasciculati; sed leviter connati, fistulosi, 2—3 unc. longi, 1-3 lin. crassi, æquales teretes glabri, nunc, recti, nunc curvati, flavescentes, apice albidi et sæpe striati. *Cortina* fugax albida, intus fuscescens. *Pileus* carnosus convexus obtusus siccus lævis glaber clare ochraceus, 4—10 lin. latus. *Caro* subtenuis albida. *Lamellæ* totæ adnatæ; sed facile dicedunt et liberæ fiuut, 4natæ distinctæ cæsiæ l. fumatæ, vix pulverulentæ, breviores subserratæ.

Similis *A. flavido* P.; sed colore lamellarum ab hoc et *A. fascic. distinctus.*

18. AGARICUS *segestrius*, subcæspitosus, pileo carnoso-membranaceo alutaceo-testaceo sicco, lamellis adnato-decurrentibus ochraceis, stipite fistuloso, basi albo villoso.

In ramis dejectis, inqe ipsa terra. *Augusto* variis locis circa Femsiö vidi.

Descr. Inter minores et parum heteroclites in hac tribu, cæspitosus l. gregarius. *Stipes* fistulosus, 1—$1\frac{1}{2}$ unc. longus, 1 lin. crassus, æqualis teres curvato-adscendens tenax, lamellis concolor, fibrillosus, basi tomento albo, membranæ instar expanso, innatus. *Pileus* leviter carnosus fere membranaceus, junior convexus, dein magis explanatus; 3—8 lin. latus, lævis glaber subargillaceus l. dilute alutaceo-testaceus. *Cortina* distincta subannulata candida decidua. *Lamellæ* pileo obscuriores ochraceæ, etiam fulventes, 4natæ distinctæ adnato-decurrentes.

Affinem speciem vix vidi. *Cortina* et reliquæ notæ, ut ad hanc tribum referatur, suadent.

19. AGARICUS *limulatus*, cæspitosus, pileo subcarnoso fulvo sicco villoso scabruloso, lamellis adnatis flavis, stipite fuscescente fistuloso subvilloso.

In serragine, locis humidis, æstate Copiosissime prope Almaab ad ostiolum fluvii in lacu Femonen.

Descr. *Stipites* plurimi connati fistulosi unciales, crass. pennæ gallinæ et ultra, cylindrici firmi fuscescentes, sæpius villosi. *Cor-*

tina fugacissima. *Pileus* læviter carnosus convexus irregularis, disco ſæpe depreſſo, ochraceo l. ferrugineo-fulvus, dein ſubcinnamomeus, 1—2 unc. latus, villosus et rimulosus, hinc fere squamuloſus. *Lamellæ* adnatæ inæquales flavæ diſtinctæ, carne pilei latiores. *Pulvis* seminalis obſcurus, subferrugineus.

20. AGARICUS *flavidus*, cæſpitoſus, pileo carnoso flavido ſicco lævi, lamellis adnatis pileo obſcurioribus ſubfulvis, stipite farcto baſi subferrugineo.

Ag. flavidus. *Pers. fung. p.* 295. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 160. *Scæff. fung. t.* 35 (eximie).

In pinetis ad truncos.

Novitiam hanc Floræ Suecicæ describo, ut ab affinibus eluceat differentia.

Descr. Stipes farctus, etiam cavus, 3 uncialis, 3—4 lin. craſſus, æqualis teres ſirmus, ſæpe flexuoſus, fibrilloſus lævis flavus, baſi ſubincraſſato ſuſceſcens l. ferrugineus. *Cortina* fimbrians (margini pilei adhærens) fugax, primo albida, dein intusque ferruginea. *Pileus* carnoſus convexus obtuſus lævis glaber ſiccus læte flavus unncialis. *Caro* albida, demum flaveſcens. *Lamellæ* l. totæ l. leviter emarginatæ

adnatæ 2—4natæ flavæ, pileo obfcuriores, demum fulvæ l. ferrugineæ, margine fæpe pallidiores.

21. AGARICUS *lentus*, fubcæfpitofus, pileo carnofo plano viscido albido, lamellis adnatis stipiteque farcto fquamofo pallidis.

A. lentus. *Pers. syn. p.* 287.

In filvis ad truncos, *Octobr.* pluvios. — Etiam in horto Femfionensi inter ramenta lignea copiose.

Descr. Gregarius, cæfpitofus: *Stipes* farctus, a larvis demum fæpe pertusus, 2—3 pollicaris, 2—3 lin. craffus, æqualis teres firmus rectus albidus, bafi sæpe flavefcens et villosus, squamis albidis reflexis, raro obsoletis, vestitus. *Cortina* alba fugaciffima fimbrians. *Pileus* carnosus obtufus planus, 2—3 uncialis, lævis glaber valde glutinofus adhærens pallefcenti albus, l. unicolor l. difco subferrugineo. *Caro* concolor. *Lamellæ* adnatæ denticulo decurrente, 4natæ confertæ 1—2 lin. latæ albidæ, demum pulvere seminali copiose ferrugineo inquinatæ.

22. AGARICUS *hybridus*, gregarius, pileo carnoso convexo aurantiaco humido, lamel-

lis adnatis pileo pallidioribus flavis, stipite subfarcto striato, basi incrassato pubescente.

A. hybridus. *Swartz in Vet. Ac, Handl.* 1808 *p.* 90. *Sowerb. t.* 221. *(forma minor.)*

Copiose legi ad ligna putrida areæ calefactoriæ horti Femsionensis, eorumque in vicinitate ad terram.

Descr. Subcæspitosus, gregarius et raro solitarius. *Stipes* subfarctus, demum etiam cavus, 2—3 unc. longus, 3 lin. crassus, deorsum incrassatus pubescens, ceterum glaber teres striatus leviter adscendens, flexuosus l. sæpius rectus, albido flavescens unicolor, apice obsolete pulverulento-squamosus. *Cortina* fugax albida subannularis, nec fimbrians. *Pileus* carnosus convexus obtusus humidus lævis glaber regularis 1—2 uncialis, eleganter fulvus l. obscure aurantiacus, (in *Ag. flavido* læte flavus et in *Ag. capnoide* læte ochraceus), margine inflexo, demum rarius subsinuato. *Caro* pallida, sæpius compactior, quam in Icone citata. *Lamellæ* adnatæ subdecurrentes 4natæ distinctæ carne pilei subangustiores stramineo-flavæ, dein sulphureæ.

Affinis quidem *A. flavido*; sed ad hanc tribum vix pertinet. Lamellas pulverulentas.

nondum vidi. Etiam vix proprie cæſpitoſus, licet quatuor l. quinque ſpecimina baſi ſæpe connata.

23. AGARICUS *inopus*, ſubcæſpitoſus, pileo carnoſo convexo ſicco flaveſcente, diſco obſcuriori, lamellis adnatis argillaceis, ſtipite farcto albido fibrilloſo.

Ag. radicato-ramoſus. *Bolt. t.* 148.

Ad ramulos dejectos fagineos, locis umbroſis, rariſſime.

Gregarius l. cæſpitoſus; ſæpius irregularis. *Stipes* farctus 2—3 unc. longus, ½ unc. circiter craſſus, nunc æqualis nunc baſi bulboſus, nunc rectus nunc curvatus, teres firmus radicatus albidus, ſquamulis fibrilloſis veſtitus. *Cortina* fibrilloſa alba fugaciſſima. *Pileus* carnoſus convexus obtuſus, ſæpe difformis, laevis glaber ſiccus, 2—4 unc., flaveſcens, diſco ſubteſtaceo, margine inflexo. *Caro* alba tenuis, odore debili. *Lamellæ* adnatae, denticulo tenui decurrente, 4—8natæ 2—4 lin. latæ dilute argillaceæ.

A. grandi. P., a me non viſo, proximus videtur.

Trib. II. *Leptopus.* Gregarii, terreſtres.

Stipes fistulosus tenuis æqualis fibrillosus, *cortina* araneosa fugacissima.

Pileus carnosus tenuis, forma singulari constante distinctus: junior conico-convexus, dein explanatus umbonatus! Color pilei stipitisque flavidus, ruber, fuscescens &c.

Lamellæ leviter adnatæ pulverulentæ, numquam violaceæ.

H. l. A. *helvolus*, *spurius*, *croceus*, *cinnamomeus*, *sanguineus* (stipes certe fistulosus!) *cucumis*, *acutus*, *decipiens*, *castaneus*, *irregularis*, *brunneus* &c. et alii.

Affines: Varii e priori et sequenti tribu.

24. AGARICUS *carbonarius*, gregarius, pileo planiusculo viscoso luteo, lamellis adnatis helvolis, dein fuscescentibus, stipite subfistuloso tenui fibrilloso.

Frequenter variis locis deustis, æstate et autumno.

Gregarius, raro connato-cæspitosus, longævus. *Stipes* fistulosus, junior nonnumquam farctus, 1 unc. longus, raro 2—3 unc., 1—2 lin. crassus, nunc æqualis, nunc sursum leviter incrassatus, nunc etiam fibrillæ radicales bulbillum e terra efformant, teres firmus tenax

fibrillosus subsquamosus pallidus flavescens, deorsum (a loco?) sæpius fuscescens nigricans. *Cortina* fugax. *Pileus* carnosus, junior plano-convexus, dein planus, disco subdepresso, lævis glaber viscosus 1 raro 2 uncialis, margine inflexo. *Caro* albida. *Lamellæ* adnatæ carne pilei latiores argillaceæ, dein helvolæ l. flavo-fuligineæ, demum fuscescentes.

Proximus *Ag. cerinoideo*, cum quo ad priorem tribum transitum efficit maxime naturalem, ut tota descriptio docet. Optima, me judice, dispositio, ubi tribus in tribum ita transit, ut nullos limites observemus!

Sequens fungus species forte est distincta.

β *rhagadiosus*, pileo convexo umbonato squamoso fulvo, lamellis rufo-ferrugineis, stipite fibrilloso.

Juxta semitas in pinetis. *Augusto.*

Modo crescendi, magnitudine, substantia et forma priori similis; sed superficies pilei umbonati et colores differunt. *Gregarius* l. cæspitosus. *Stipes* albidus 1 unc. — *Pileus* demum circa umbonem depressus; totus villoso-squamulosus *Lamellæ* truncato adnatæ.

25 AGARICUS *myosotis*, gregarius, pileo carnoso convexo, dein explanato leviter

umbonato, viscoso olivaceo, lamellis serrulatis brunneo-ferrugineis, stipite longisissimo fistuloso.

Copiose legi 29 Sept. 1815, post pluvias continuas, locis graminosis fageti ad Valshult.

Pulcherrima species, cum *A. helvolo* forte comparanda; sed non affinis.

Descr. Gregarius. *Stipes* fistulosus gracilis, 3—6 uncialis, 1—3 lin. crassus, cylindricus firmus, sæpe flexuosus, sordidus, colore vario albido rufo l. fuscescente, obsolete fibrillosus, apice albo-pulverulento squamuloso. *Cortina* albida fugax fimbrians. *Pileus* carnosus convexus obtusus, dein explanatus umbonatus, subfirmus lævis glaber viscosus, $\frac{3}{4}$—$1\frac{1}{4}$ unc., olivaceo-flavescens, dein cinereo-flavescens (non tamen helvolus), demumque obscure lividus, exsiccatus nititus flavo-cervinus, disco obscuriori. *Caro* pallida. *Lamellæ* adnatæ distantes distinctæ 4natæ latiusculæ, juniores subfuscæ, dein expallentes umbrino-olivaceo-pallidæ, demum brunneo-ferrugineæ, margine albicantes serrulatæ; a stipite facile secedentes, ut liberas sæpe crederes.

26. AGARICUS *cinnamomeus*, gregarius,

pileo carnoso planiusculo umbonato subsquamuloso cinnamomeo-rubro, lamellis adnatis cinnamomeis, stipite mediocri fistuloso. Agaric. cinnamomeus. *Pers. syn. p.* 297. *Albert. et Schwein. p.* 161. *Sowerb. t.* 205. *Bolt. t.* 150.

In fagetis tantum & rarius legi, præsertim *Augusto* pluvioso.

Descrp. Stipes fistulosus, junior farctus, 2 unc. longus l. parum ultra, 2—4 lin. crassus, cylindricus firmulus fibrillosus lævis pileo pallidior, intus et junior flavescens; etiam virescens visus. *Cortina* fugacissima. *Pileus* carnosus, junior campanulatus, mox planus umbonatus, demum circa umbonem depreſſus, 2-3 unc., orbicularis, sericeo-lævis l. sæpius squamulosus, ruber, potius quam cinnamomeus, margine patente sæpe flavescente. *Caro* ſubtenuis pallida. *Lamellæ* adnatæ, sæpe rotundatæ, 3 lin. latæ planæ distinctæ 4natæ fulvæ, dein cinnamomeæ.

Vix verus Linnæi; sed nomina non mutanda. *Pileus* mihi ruber, nec cinnamomeus. Speciem a summo Mycologo non visam describere, haud superfluum duxi.

Valde affinis *A. croceo*; eodemque forte

jure ab hoc distinguitur sic dicta varietas *lamellis sanguineo-rubris nitidissimis*; reliqua tamen exacte conveniunt.

27. AGARICUS *acutus*, gregarius, pileo subcarnoso conico, dein convexo acutissime umbonato ochraceo, lamellis tenuibus croceo-ochraceis, stipite longo fistuloso concolore.

Ag. acutus. *Pers. syn. p.* 316. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 166.

Ag. sideroides. *Bull. t.* 584, 588. ? *an var?* In pinetis inter folia dejecta putrida locis subhumidis copiose. *Aug. Septembri.*

Descr. Valde gregarius. *Stipes* fistulosus, 3—5 uncialis, 1—2 lin. crassus, æqualis teres subflexuosus fragilis glaber l. albido-fibrillosus pileo concolor; junior nonumquam solidus et simul elasticus. *Cortina* fugax albida, semper adest in fungo juniori. *Pileus* leviter carnosus fere membranaceus subconicus, dein convexus, semper acute et monstrose umbonatus, deinum circa umbonem depressus, glaber substriatus fragilis nitidus ochraceus, explanatus uncialis. *Caro* tenuissima concolor. *Lamellæ* adnatæ denticulo decurrente, 4natæ distantes subtenues croceo-ochraceæ.

Summa affinitas naturalis et cortina hunc,

cucumerem aliosque ad cortinarias referunt. *Stipitem* in meo vix umquam ſolidum vidi!

β. paludosus, pileo campanulato membranaceo ferrugineo-fulvo, lamellis fulvis; stipite albo fulvoqve vario, baſi villoso. In prato muſcoſo paludoso.

Colore, lamellis tenuibus, odore &c. ab *Ag. cucumere* differt.

28. AGARICUS *mycenoides*, subgregarius, pileo membranaceo campanulato, dein hemiſphærico obtuſo striato ochraceo-croceo, lamellis adnatis concoloribus planis, stipite fistuloso flavescente fibrilloso.

Ag. circumseptus. *Batsh. El. Cont.* 1. *p.* 119. *t.* 19. *f.* 98. *hujus loci*; *icon minus bona.*

In graminosis *Aug. Novembri.*

Descr. Sparsus, gregariusque. *Stipes* fistulosus, 2—4 unc., sursum leviter attenuatus, 1—2 lin. crassus, teres fragilis albidus l. flavescens fibrilloso-floccosus. *Cortina* alba non decolorans, demum fugax, in apice sæpe albo-pulverulento stipitis. Variat sæpe flexuosus. *Pileus* membranaceus campanulatus obtusus, dein hemisphæricus vix umbonatus, 3-4 lin. altus et latus, striatus subglaber luteus, dein expallens flavus. *Lamellæ* adfixæ; sed fa-

cile secedunt, 4natæ latæ planiusculæ concolores demum pulverulentæ.

Differt: ab *Ag. melinoidi* præcipue cortina. A. *pumilo* colore, stipite longiori &c. Ab *acuto* pileo membranaceo, vix umbonato &c.

29. AGARICUS *leucopus*, gregarius, pileo subcarnoso campanulato, dein plano acute umbonato alutaceo lævi, lamellis latis obscurioribus subcinnamomeis, stipite cavo albo glabro.

Agar. leucopus. *Pers. syn. p.* 333. *(non obstat.) Bull. t.* 533. *f.* 2 *(exacte; sed multo minor, varietati β. simlis)*.

Habitat in pinetis, jam æstate, copiose circa *Femsiö*. Ager Femsionensis non tantum easdem plantas Cryptogamas; sed etiam phanerogamas ac Hercynia alit.

Descr. Stipes junior farctus, dein cavus, 2—4 unc. longus, crass. pennæ anserinæ et infra, cylindricus, fragilis l. firmus, lævis glaber albidus l. flavescens, apice sæpius e *cortina* fugacissima subferruginea fibrillosus. *Pileus* leviter carnosus et in speciminibus minimis membranaceus, subcampanulatus, mox planus distincte umbonatus, demum circa umbonem depressus, 1 unc. fragilis siccus lævis, sæpius

quasi subtilissime sericeus, alutaceus l. dilute ochraceus, margine subrepando. *Caro* pallida *Lamellæ* pileo obscuriores ochraceæ l. cinnamomeæ, 2—4natæ adfixæ, deïn liberæ, latæ distinctæ plenæ.

Descriptio *Persoonii* in specimina minora exacte quadrat. —Sequentes fungi ut varietates tantum censendi videntur:

β. dicroninus, pileo convexo obtuso pallide flavo lamellis croceis confertis, stipite albido.

E cæspitibus *Dicrani glauci* enascentem vidi. Pileus numquam sericeus.

γ. aquatilis, pileo convexo umbonato glaberrimo, lamellis albidis dein fusco cinnamomeis, stipite longissimo radicato.

In paludibus profundis inter *Sphagnum cuspidatum*.

Pileus $\frac{1}{3}$ unc. latus; sed lamellæ tamen distinctæ. Stipes sursum attenuatus.

30. AGARICUS *cucumis*, gregarius, pileo subcarnoso campanulato, dein planiusculo acute umbonato subfusco, lamellis latissimis ventricosis ferrugineis, stipite fistuloso fusco.

Ag. cucumis. *Pers. Syn. p.* 316 *Obs.*

Myc. 1. *p.* 45. *Albert. et Schwein p.* 166 (*stipite subfarcto!*)

Ag, fuscipes. *Soverb. t.* 344. *ut mihi videtur.*

Præsertim in fagetis ad terram nudam inter folia dejecta. *August.* & *Septembri.*

Descr. *Stipes* fistulosus, $1\frac{1}{2}$—3 unc. longus, 1—2 lin. crassus, æqualis teres, interdum flexuosus, subfragilis læviter fibrillosus nigrescenti-fuscus opacus. *Cortina* fugacissima ferruginea. *Pileus* subcarnosus, primo campanulatus, dein planus orbicularis circa umbonem depressus, 1 unc. latus et ultra, fuscus l. purpureo-fuscus, margine sæpius pallidior, lævis glaber siccus, *Caro* tenuis subconcolor. *Lamellæ* adfixæ, dein decedentes subliberæ, 2—3 lin. latæ ventricosæ ferrugineæ, demum a pulvere seminali croceo-ferrugineæ. *Odor* ut plurimum cucumeris.

Va. *α* et *β*. *Obs. Myc. l. c.* sunt tantummodo formæ diversæ ætatis; sequens vero tempestati pluviosæ originem suam debet.

β. hemisphæricus, pileo hemisphærico obtuso fusco-nigricante, stipite basi solido albido-fibrilloso.

Etiam in fagetis. *Stipes* 2—3 lin. cras-

sus fere niger. *Cortina* alba distincta. *Pileus* junior fere globosus. *Odor* vix distinctus.

31. AGARICUS *decipiens*, gregarius, pileo submembranaceo explanato conico-umbonato umbrino, lamellis latis adnatis cinnamomeis, stipite fistuloso longo ex albicante rufo.

A. decipiens. *Pers. syn. p.* 298.

Vulgaris in silvis, in specie pinetis. *Aug. Octobri.*

Descr. Gregarius. *Stipes* fistulosus, 3-6 unc. longus, 1—2 lin. crassus, cylindricus subfragilis strictus fibrillosus, non vero pulverulentus, ex albicante rufus, tactus sæpe obscurior; variat curvatus. *Cortina* fugacissima pallida, dein pulvere seminali inquinata. *Pileus* fere membranaceus, junior conicus, mox explanatus, circa umbonem magnum lævem acutum depressus, fusco-umbrinus l. castaneus, subrugosus, sæpe fibrillosus, 1 unc. circiter latus. *Caro* albido-fuscescens tenuissima. *Lamellæ* truncato-adnatæ distantes latæ 4natæ cinnamomeæ.

Valde affinis A. *acuto* & *cucumi*. An hujus loci *A. castaneus* β. *Pers. syn.?*

32. AGARICUS *castaneus*, gregarius,

pileo subcarnoso convexo obtuse umbonato badio, rubro l. fusco, lamellis rotundatis subtestaceis, stipite cavo brevi albo.

Ag. castaneus. *Pers. Syn. p.* 298. *Albert et Schwein. l. c. p.* 161. *Bull. t.* ~~218~~, *t.* 43 *l.* 268· *f.* 3. *varietates*; *sed certe diversus videtur Ag. castaneus. Schum.*

Ag. leucopesus. *Holmsk. l. c,* II, *t.* 37. *(non differt.)* Habitat in fagetis alibique, autumno.

Descr. A. prioribus certe satis differt, *stipite* breviori, non ultra 2 unc., craſſiori cavo albo subfirmo. *Pileo* convexo obtuſe umbonato latiori et firmiori, colore magis rubro l. violaſcente, lamellis pallidioribus. Notabiliores a me lectæ varietates ſunt:

β. cæsius, pileo planiusculo fusco castaneo, lamellis pallidioribus ſubcinnamomeis, stipite æquali ſubgracili ex albido fusescente.

Ag. cæſius. *Fl. Dan. t.* 1010. *nec Pratella, ut apud Persoon!* In silvis frondosis.

γ. irregularis, Pileo ſubconvexo difformi undulato lobatoque fuſco-castaneo, lamellis aquoso-cinnamomeis, stipite æquali ex albido rufeſcente.

Ag. irregularis. *Bolt. fung. t.* 13. (accurate) *nec Pratella!* In locis graminosis pineti (5 Oct.) copiose legi.

Etiam cæspitosus. *Stipes* 2 unc. long., 3—4 lin. crassus, subcurvatus subfirmus, dilutissime rufcens l. fuscescens. *Cortinam* non vidi; *albidam* describ. *Bolton. Pileus* etiam concavus, lævis glaber siccus 1—2 unc. *Lamellæ* rotundatæ denticulo tenui decurrente.

δ. erythrinus, pileo convexo subobtuso badio-rubro regulari, lamellis demum cinnamomeis, stipite candido, apice subviolaceo. — *Ag. castan. Bolt. t.* 10. *hujus loci!*

In fagetis. 18 Aug. *Stipes* junior farctus, 1½—3 unc.; æqualis subcurvatus fibrillosus. *Cortina* alba. *Pileus* ¾—1½ unc., fulvus l. badio-ruber. *Lamellæ* rotundatæ fulvæ. Icon citata fungum juniorem exacte sistit. Datur quoque forma stipite colorato, basi subbulboso.

ε. rubricosus, pileo plano subobtuso rubro, lamellis truncatis testaceis, stipite elongato niveo, — cum priori.

ζ. argyropus, pileo convexo obtuso lævi, lamellis attenuato-adnatis dilutioribus margine albis, stipite fistuloso, argenteo-nitente, ae-

quali, apice albo-pruinato. Habitat sub filicibus locis umbrosis humidis 21 *Aug.*

Forte diversa species. *Pileus* cinnamomeus, 4—6 lin. latus, sæpe nutans. Lamellæ denticulo decurrunt. *Stipes* cavus, 2—3 unc., fragilis nitidus.

Obs. Allatæ varietates genuinæ; nec meræ formæ, nec diversæ species. — *Agaricum brunneum* vide § 44.

33. AGARICUS *scambus*, gregarius, pileo subcarnoso convexo, dein explanato albido lævi lamellis argillaceis latiusculis, stipite subsolido curvato albido subquamoso, basi villoso.

Ad terram locis cæspitosis umbrosis humidis et ligno dejecto putrido abiegno, rarior. *Julio*, *Augusto.*

Affinis videtur. *A. leucocrocus P.*

Descr. Gregarius, nec cæspitosus, etiam si truncigenus! *Stipes* subsolidus; sed intus linea albidiori cavitatis analoga, $\frac{3}{4}$—$1\frac{1}{4}$ uncialis, $1\frac{1}{2}$ lin. crassus, æqualis teres curvato adscendens albidus, farina albida squamulosa decedente conspersus, basi pubescens. *Cortina* albida. *Pileus* carnoso-membranaceus, junior globosus, mox convexus, dein planus, $\frac{1}{2}$-1. unc. latus, albidus lævis subtilissime villosus.

Lamellæ totæ adnatæ latiusculæ planæ, juniores albidæ, dein argillaceæ l. flavo fuscæ.

Cum sequentibus propriam forte efficit tribum, colore albo aliisque notis distinctam.

34. AGARICUS *vatricosus*, gregarius, pileo subcarnoso convexo-plano albido glabro, lamellis albido-fuscescentibus latis, stipite fistuloso curvato contorto pulverulento.

Fungus parvus, totus albus, pileolo mammoso, pediculo cylindrico, in spiræ modum plerumque intorto, annulo fugaci cincto. *Mich Gen. p.* 178. *n.* 4.

Habitat in silvis ad terram nudam, locis declivis: *Septembri.*

Diversa a priori omnino videtur species. Etiam gregarius. *Stipes* fistulosus, 1 unc. longus nec ultra, 1 lin. craſſus, subæqualis teres curvato-adscendens, sæpe etiam contortus firmus albus pulverulentus, baſi villosus sæpe incraſſatus. *Pileus* carnosus convexus, demum explanatus subumbonatus, $\frac{2}{3}$—$\frac{1}{2}$ unc, circiter latus, sordide albidus siccus glaber lævis; detritus tamen striatulus. *Caro* tenuiſſima aquoſa. *Lamellæ* adnatæ alternæ distinctæ semiovatæ, 2 lin. circiter latæ, juniores sordide albidæ, dein obscuriores fuscescenti-griseæ; sed

pallescentes. *Cortina* fugax albida. *Odor* subaniseus.

Differt igitur præcipue colore lamellarum numquam flavo.

35. AGARICUS *argillaceus*, gregarius, pileo subcarnoso conico, dein plano umbonato albo subsericeo, lamellis ex albido fuscescentibus, stipite fistuloso recto subpulverulento.

A. argillaceus. *Pers. syn. p.* 372. *Obs. myc.* 1. *p.* 51. *Albert. & Schwein. p.* 188. *α, & β. immuttabilis.*

Ag. albus *Schwein. l. c. p.* 309.

Ag. inodorus. *Bull, t.* 524. *f.* 2.

In pinetis copiose, in fagetis passim, inter muscos et gramina, æstate et autumno. Etiam ad ligna putrida; sed raro.

Descr. Stipes junior farctus, dein fistulosus, 1—2 unc. longus, 1 lin. crassus, cylyndricus rectus firmus albidus, lævis glaber l. subpulverulentus. Variat leviter flexuosus et curvatus. *Cortina* fibrillosa fugax albida, dein fuscescens. *Pileus* subcarnosus conicus, demum explanatus umbonatus, 1 unc. circiter latus, albus subfibroso-sericeus nitidus subtenax siccus. Variat glaber et vere pubescens opacus. *Caro* tenuis alba. *Lamellæ* attenuato-

adnexæ subdistinctæ latiusculæ 2—4natæ albidæ, interdum immutabiles, sæpius dein grisceæ, demumque argillaceo-fuscescentes. *Odor* nullus.

Differeutiam ab *Ag. disgrego* fr. (Ag. candido *Part.* 1. *p.* 8.) loco allato dedî. Conf. Obs. ad A. *decumb.* — Ob affinitatem describere necessarium duxi *Ag. argill.* & *decumbentem.*

Ag. acutum, *leucop.*, *cucum.* & *argillaceum* ad sequentem familiam retulit Cel. *Persoon.*

Trib. III. *Steropus.* Solitarii, terrestres.

Stipes solidus firmus æqualis l. sæpius bulbosus, cortina fibrilloso fugax l. subannulata.

Pileus carnosus compactus convexus obtusus, nisi lamellæ decurrentes (*A. Gomphus*).

Lamellæ adnatæ pulverulentæ.

Color varius, numquam violaceus.

H. L. *Ag. disgregus* (Ag. cand. *1.* p. 8), scaber et plurimæ Cortinariæ acyaneæ. P.

Obs. In plures hic forte tribus dividi posset ex. gr. *Gomphi*, lamellis decurrentibus, pulvere seminali nigro, in reliquis subferrugineo

36. AGARICUS *decumbens*, pileo carnoso glabro albido, lamellis adnatis subochraceis, stipite subsolido albo pulverulento decumbente bulboso albo.

A. decumbens, *Pers. syn. p.* 286. *Albert. et Schwein. p.* 157.

In silvis, locis graminosis, rarior. *Augusto* legi.

Descr. Solitarius, raro gregarius. *Stipes* solidus, demum quoque subcavus, 1—2 uncialis, crassit. pennæ gallinæ l. anserinæ, teres firmus albo-pulverulentus squamulosus albus procumbens adscendensque, basi valde globoso-bulbosus. *Cortina* albida fugx. *Pileus* carnosus convexus, demum planiusculus, etiam obsolete umbonatus, unde patet affinitas cum tribu præcedenti, albidus l. dilutissime testaceo-vitellinus, lævis glaber subsiccus 1—1½ unc., margine patente l. repando. *Lamellæ* adfixæ 4natæ carne pilei alba sublatiores argillaceæ, dein ochraceo-ferrugineæ.

Meus fungus Cel. PERSOONI major et firmior. Vix hujus loci *Ag. candidut* Batsch t. 20, f. 106 ob lamellas liberas, pilei formam, quæ A. *disgrego* proxima, &c. Etiam

ad A. *disgregum*, ad quem in Part. I. p, 8 citavi, vix pertinet.

Obs. Fungi Italiæ, *Novembri* nascentes, *Octobri* in Germania, *Septembri* in Suecia obſervantur et sic in ceteris.

37. AGARICUS *lucifugus*, pileo carnoſo convexo plano fibrilloſo canescenti-albido, cinnamomeo tincto, lamellis ſubadnatis cretaceo fuscescentibus, stipite ſolido æquali recto glabro, apice albopulverulento.

In fagetis, locis humidis umbroſiſſimis. *Septembri.*

Descr. Stipes ſolidus, 3 uncialis, 2 lin. craſſus, æqualis teres, lævis l. striatus, glaber fragilis pallidus ſubalbidus, intus albus fibrilloſus, a vermibus demum pertuſus. *Cortina* tenuis. *Pileus* leviter carnoſus convexo-planus ſubumbonatus, siccus fibrilloſus, disco etiam ſquamoſo, 1—1½ unc., fragilis ſordide albidus pilis maculisve rufescentibus l. cinnaimomei virgatus; margine ſubciliato. *Lamellæ* leviter adnatæ cretaceæ, dein fuscescentes distinctæ 4natæ, 3 lin. latæ (carne pilei tenui albida multo latiores).

Forma hujus minor videtur *A. trichotoma* Albert. et Schwein. l. c. p. 188 Des-

criptio tamen in plurimis obstat. — Affinis *A. argillaceo* et *vaccino*.

38, AGARICUS *maritimus*, pileo carnoso convexo-plano umbonato fibrilloso subsquamoso fusco-murino, exficcato cano, lamellis adnatis subconcoloribus stipite solido æquali recto fibrilloso.

In litore marino ad Halmstad alibique, locis salsis arenosis humidis; frequens per totam æstatem.

Obs. Stipes 1 unc. longus, 2—3 lin. circiter crassus, non pulverul., pileo concolor. *Cortina* fugacissima cinerea. *Pileus* 1 unc. fibrilloso-squamosus, raro obtusus fuscus l. murino-griseus, exsiccatus canescens. *Lamellæ* latiusculæ rotundato-adnexæ, demum liberæ, ut in *A. lanuginoso* Bull., qui affinis.

39. AGARICUS *callisteus*, pileo carnoso convexo læte flavo, disco squamoso. lamellis adnatis flavis, dein luteo-cinnamomeis, stipite subsolido æquali recto substriato glaberrimo,

In pineto densissimo (*Bökebergensi*) ad terram nudam, locis umbrosis roridis. 1 *Sept.* 1815.

Huc referri possent: Fungus pileo fornicato, superne luteo subtus lamellis fulvis &c. *Mich. Gen.* 180. *n.* 2 et præcipue:

Agaricus tirignus. *Scop. Fl. carn. p.* 440; sed descriptiones imperfectæ.

Descr. Gregarius l solitarius. *Stipes* solidus, basi interdum cavus, 3—3 unc. longus, 4—5 lin. crassus, teres firmus æqualis, rectus l. parum adscendens, flavus glaber, nec pulverulentus, evidenter striatus, apice lævis albibus, *Cortina* fugax ferruginea, et stipiti et margini pilei adhærens. *Pileus* carnosus campanulatus, mox convexus, demum interdum umbonatus, *læte* (sed non saturate) flavus, disco squamoso, squamis irregulariter sparsis obscurioribus, ceterum lævis glaber siccus, 2 unc. circiter, explan. vero 3 unc. latus et ultra. margine juniori inflexo. *Caro* albida, stipitis deorsum subcrocea. *Lamellæ* totæ adnatæ leviter decurrentes et arcuatæ, distinctæ 4natæ flavæ decolorantes, demum fulvæ l. luteo-cinnamomeæ. *Odor* et *sapor* subnullus.

40. AGARICUS *Bolaris*, pileo carnoso convexo rubro flavescente subsquamoso, sauamis maculæformibus rufescentibus, lamel-

lis subdecurrentibus cinnamomeis, stipiti farcto æquali subvariegato.

A. Bolaris. *Pers. syn. p.* 291. In fagetis variis, non tamen copiose, legi *Augusto* et *Septembri*.

Descr. *Stipes* junior farctus substantia fibrillofa, demum sæpe cavus, 2—3 unc longus, 3—5 lin craffus, cylindricus, rectus l. curvatus, lævis, sursum præcipue fibrillosus eleganter coloratus, nunc fere unicolor coccineus nunc fulvo-et fanguineo-variegatus, apice albidus. *Cortina* fugax cinnamomeo-rubra. *Pileus* carnofus convexus subumbonatus, 1—2 unc. latus et ultra, firmus flavo-rubefcens, squamis adpreffis maculæformibus obscurioribus rubris variegatus; ceterum lævis glaber siccus, variat unicolor. *Caro* alba immutabilis sparsim croceo-fulvescens. *Lamellæ* 2—4 natæ leviter decurrenteus, carne pilei angustiores, dilute et obfcure cinnamomeæ.

Pulcherrima species et vera Cortinaria; similis tamen videtur *A. rutilanti*. P.

41, AGARICUS *depexus*, pileo carnofo convexo-plano fibrilloso testaceo-pallido, la-

mellis adnatis fulvo-ferrugineis, stipite solido æquali pileo concolore.

Ag. subquamulosus. *Batsch. El. fung. cont. 2 p. 19. t. 33. f. 191. (quoad iconem).*

In pinetis umbrosis muscosis ad terram, *Septembri* et *Octobri*, rarior.

Descr. Stipes solidus, 2 unc. et ultra longus, 3—5 lin. crassus, cylindricus subrectus firmus pileo concolor l. pallidus fibrillosus, basi læviſſime incraſſata subvillosa; numquam pulverulentus. *Cortina* subferruginea fugaciſſima. *Pileus* carnosus convexus, dein explanatus, obtusus, 1—2 unc. longus, longitudinaliter fibrillosus lævis siccus subtestaceus l. pallidus ferrugineo l. fulvo-tinctus. *Caro* alba. *Lamellæ* obſcuriores ferrugineæ totæ adnatæ distinctæ 4natæ, carne pilei latiores.

42. AGARICUS *fastibilis*, pileo carnoso convexo glabro subrepando, lamellis leviter adnatis pallidis dein cinnamomeis, stipite subcavo æquali fibroso-ſquamoſo albido.

Ag. fastibilis, *Pers. syn. p.* 326. *Albert. et Schwein. l. 6. p.* 171 *Bull. t.* 546. (*Ag. crustuliniformi*).

Ag. laterinus. *Batch. El. fung. cont.* 2 p. 29. t. 23 f. 195.

Vulgaris cum varietatibus in silvis *Sueciæ*.

Notissimæ speciei descriptionem omisi; sed annotare debui:

a). Sueciæ indigenam esse.

b). *Ag. clavum Batsch. l. c. p.* 41. *t.* 25 *f.* 199. hujus tantum esse juniorem formam et *A. obesum repandumque* Schum. l. c. meras varietates.

c). Ad *Cortinarias* potissimum pertinere

d). *Sequentes* novas notabilesque varietates:

γ striæpes, pileo lato repando sublobato lateritio-rubro sicco, lamellis aquose cinnamomeis, stipite striato subfarcto albo, apice pulverulento.

In pinetis sub Juniperos.

Pileus 2—4 unc. valde flexuosus — Lamellæ attenuato-adnatæ — Proximus var. a b.

δ scaturigineus, pileo subplano helvolo-testaceo, lamellis albidis dein cinnamomeis rotundatis, stipite demum cavo elongato fibrilloso.

In silvis abiegnis nemorosis ad scaturigines. *Stipes* 3—4 unc. albus æqualis, nunquam pulverulentus; demum fuscescens. *Pileus* subobtusus, disco obscuriori 2—3 unc.

Cortina alba distincta. — Datur hujus forma pileo subincarnato, lamellis emarginatis.

ε. *leucinatus*, pileo plano subviscoso flavido, lamellis sordide cinnamomeis, stipite subsolido apice albo-pulverulento.

In silvis dumetosis.

ζ. *laccatus*, pileo fulvo sicco nitido, lamellis subliberis helvolo-fuscescentibus, stipite basi flavente, apice albopulverulento.

In graminosis ad Höyeryd. 9 *Aug.* post pluvias.

Ag. subtestaceus. *Batsch. l. c. t.* 35. *f.* 198, in Suecia quoque crescit, sed sub excursionibus pro hujus subspecie habui, an recte, ulterius inquirendum.

43 AGARICUS *limonius*, pileo carnoso convexo luteo glabro l subsquamuloso, lamellis emarginato-decurrentibus fulvis, stipite solido æquali croceo-rubro.

Ag. kermesinus. *Holmsk. l. c. t.* 40. non vero descr. l, ſynonyma.

Passim in pinetis circa Femsiö. *Aug. Septembri.*

Omnia ſynonyma veterum dubia, cum ad cortinam attendiſſe non videntur. Diverſiſſi-

mus ab *A. callisteo*; ſed ſynonyma ibidem allata huc referri poſſent. — *Stipes* hujus et ſequentium, *brunneo excepto*, ſemper ſolidus, nec nisi a larvis demum pertuſus.

Descr. *Stipes* 2—3 uncialis, 3—6 lin. craſſus, teres firmus fibrilloſus, intus extusque croceo-ruber, baſi æquali l. attenuata. *Pileus* carnoſus convexus obtuſus ochraceo-luteus l. aureus (licet non metallice) ſiccus glaber lævis *l.* granuloſus l. ſubſquamoſus, interdum obliquus, 1½ unc. et ultra. Caro haud craſſa concolor l. parum dilutior. *Lamellæ* obscuriores totæ adnatæ l, emarginatæ denticulo decurrente, alternæ crasſiusculæ latæ distinctæ distantes. *Cortina* flaveſcens fugacisſima.

44. AGARICUS *brunneus*, pileo carnoſo plano umbonato umbrino-castaneo subfibrilloſo, lamellis adnatis latissimis concoloribus; stipite striato fibrilloso ſubannulato.

Ag. brunneus. *Pers. syn p.* 274!

In pinetis agri Femsionensis, frequens.

Obs. Ad tribum ſecundam pertinet et Lepiotis subsimilis; ſed hoc loco eum ſequentibus ob habitum consimilem comparandus.

Descr. Gregarius. *Stipes* farctus, mox a vermibus perforatus cavus, 3—6 unc. longus, 3—6 lin. craffus, nunc æqualis, nunc fubbulbofus, teres firmus fubelasticus fuscefcens striatus albido-fibrillofus, bafi albidus tomentofus fæpe incurvus. *Cortinæ* dimidia pars annuli instar obfoleti stipitem cingit; altera fibrillofa fugax, junior albida, dein ferruginea. *Pileus* leviter carnofus, junior campanulato-convexus, dein explanatus acute umbonatus, siccus lævis glaber l. leviter adpreffo-fquamulofus rigidus, 2—3 unc. circiter latus, castaneus l. umbrinus, demum interdum canescens. *Caro* tenuis fordida. *Lamellæ* in statu quoque juniori cinnamomeo-concolores, totæ fere adnatæ, latisfimæ 4natæ fæpe transversim corrugatæ et bafi venis connexæ. *Pulvis* feminalis obfcure ochraceus. *Odor* debilis,

Lamel*læ* distantes funt; raro autem distinctæ; juniores in varietate quadam umbrino-purpurafcentes.

45. AGARICUS *bivelus*, pileo carnofo convexo obtufo brunneo-fulvo sicco, lamellis fubemarginato-adnatis latis fulvis l. rufis, sti-

pite ſubæquali albido- et brunneo-vario lævi ſubannulato,

Vulgatisſimus Augusto et Semptembri in ericetis, betuletis, fagetis et circa Femsiö.

Descr. Stipes ſolidus, dein a larvis pertuſus, 2—3 unc. longus, $\frac{1}{2}$—1 unc. craſſus, deorſum leviter incraſſatus, nec bulboſus, teres firmus plus minusve fibrilloſus, albidus l. ſubbrunneo variegatus, lævis baſi albido-villoſus. Variat e fibrillis longitudinalibus quasi striatus et baſi incurvus. *Velum* varium fugax; annulus albus ſæpe obſoletus l. stipitem zonæ albidæ instar cingens, continuatus in cortina ferruginea fibrilloſa. *Pileus* carnoſus ſemper convexus obtuſus ſiccus firmus 2—5 unc. latus, sæpius lævis glaber; ſed etiam varie ſquamuloſus l. rimoſus. *Color* varius; brunneo-fulvus, testaceo-ferrugineus &c. *Margo* tenuis inflexus. *Caro* compacta albida l. pallida, stipitis cineraſcens. *Lamellæ* fulvæ l. brunneo-ferrugineæ, 3—5 lin. latæ, 4natæ, variant emarginato-truncato- et rotundato adfixæ, integerrimæ et denticulatæ.

An *macropus P.* ?, quod vero nomen, ut ineptum ad meum fungum, et alii commune (vid. Pers. ſyn. p. 4c2), mutandum. Conf. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 151.

46, AGARICUS *bulbosus*, pileo carnoſo campanulato obtuso ſpadiceo-testaceo, lamellis ſubrotundato-adnatis testaceo-cinnamomeis, stipite ſubbulboso striatulo albido, basi ſubcroceo cortinato.

A. bulboſus. *Sowerb. t.* 130. *Pers. ſyn. p.* 295.

Copioſe in agris neglectis locisque graminosis ad Bökeberg. *Septembri.* Etiam ad Femsiö semel lectus *Augusto* in formicarum acervo.

Obs. Priori nimis affinis et pileo laxo præcipue diverſus. Diu dubitavi, ad quem elegantem SOWERBY iconem referrem; sed ad hunc potissimum pertinet.

Descr. Sæpe gregarius, etiam ſubcæſpitoſus. *Stipes* ſolidus, 2—3 uncialis, $\frac{1}{2}$—1 unc. craſſus, ſubbulboſus teres firmus albus fibrilloſus, sæpe striatulus, basi ſæpe croceus. *Cortinæ* fibrilloſa albida fugax. *Pileus* carnoſus campanulatus obtuſus, 3 unc. cir-

citer latus. lævis glaber siccus fragilis testaceus l. subspadiceus. *Caro* subcompacta albida, marginis patentis tenuis, stipitis fibrillosa, bulbi spongiosa *Lamellæ* leviter rotundatæ l. totæ adfixæ, 4 lin. latæ testaceo-cinnamomeæ 4natæ, margine integerrimæ l. denticulatæ.

47. AGARICUS *armillatus*, pileo carnoso campanulato demum plano, rubro, lamellis pallidis, dein cinnamomeis, stipite bulboso albido-rufescente, zonis rubris subannulatis cincto.

Fungus bulbosus, pileo hemisphærico, crassioris substantiæ, superne rufescente, inferne subrubente, pediculo albicante, anulo fugaci ornato. *Mich. gen p.* 139.!

Affinis: *aimatochelis* Bull. t. 595. f. 1, 527. f. 1.

In pinetis, fagetis betuletis etc, bulbo inter muscos abscondito, circa Femsiö *Augusto* et *Septembri* vulgaris speciosissima hujus tribus species.

Descr. Stipes solidus, 2—6 unc. longus, bulbosus, basi unc. crassus et ultra, apice 3—4 lin., teres subfirmus elasticus al-

bido-rufescens, demum striatus, fibrillosus, raro squamulis rubris obsitus; bulbo albido villoso; intus fibrillosus, deorsum spongiosus subisabellinus. *Cortina* omnino paradoxa; in junioribus, pileo nondum explicato, alba crassa contigua, basi subannulata; dein fugax; sed annulus spurius persistens stipitem zonæ instar rubræ simplicis, duplicis et triplicis cingit. Zonæ, si plures, et a pileo et inter se remotæ. *Pileus* carnosus obtusus, primo conico-cylindricus, mox campanulatus, demum utrinque planus, siccus, ruber subnitidus glaber l. omnino lævis l. diverse squamulosus, firmulus, 2—5 unc. latus. *Caro* haud crassa pallida. *Odor* vix distinctus *Lamellæ* totæ adfixæ l. rotundatæ, juniores pallidæ subisabellinæ, demum rufæ l. cinnamomeæ l. ferrugineæ, 3—5 lin. latæ distinctæ 4natæ, variant flexuosæ et transversim corrugatæ.

Neque prioribus (45, 46) nec aliis a me visis affinis. Cel. Persoon ad *olivaceas* forte retulisset.

48 AGARICUS *subferrugineus*, pileo carnoso convexo-plano sicco fibrilloso fulvo

sordido, lamellis rotundato-adnatis fulvo-cinnamomeis, stipite ſpongioso ſubbulboſo immarginato.

A. ſubferrugineus. *Batsch El. Fung. Cont.* 2. p. 7. t. 31. f. 186.

In foliis dejectis putridis *Pini Abietis*, passim.

Descr. *Stipes* farctus, 2—4 unc. longus, $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$ unc. crassus, elasticus fibrilloſus albus, demum ſubtestaceus, basi incraſſatus ventricoſo-bulboſus ſubradicatus albido-villoſus, interdum connatus et curvatus; intus mollis ſpongioſus pallidus, basi flavo-rubeſcens. *Cortina* fibrilloſa, junior pallida mox a pulvere ſeminali cinnamomea. *Pileus* carnoſus convexus dein planus obtuſus, ſubglaber lævis l. fibrilloſus siccus obſcure fulvus l. flavo-testaceus, 2—4 unc. latus, margine ſubſericeus. *Caro* pallida, odore debili. *Lamellæ* rotundatæ leviter adnexæ 3—4 lin. latæ 4natæ, pulchre et obſcure fulvæ.

49. AGARICUS *multiformis*, pileo carnoſo convexo plano ſubsicco luteo, lamellis ſubemarginato-adnexis ſerratis albis decolorantibus, ttipite ſolido albo bulboſo, bulbo ſubmarginato.

Ag. turbinatus? *Pers. Syn. p.* 294. *Swartz in Vet. Ac. Handl.* 1808 *p.* 19.

In pinetis, per totam æstatem et autumnum vulgaris.

Descr. Stipes ſolidus durus $1\frac{1}{2}$—2 unc. longus, 4—6 lin. craſſus teres lævis glaber l. e Cortina tenui albida, dein a pulvere ſeminali cinnamomea fugaci, fibrilloſus, albus bulboſus, bulbo ovato ſubmarginato, 1—$1\frac{1}{3}$ unc. fere crasso. Hujus stipes ſurſum ſensim attenuatus, ſequentis vero, si a bulbo discesseris, æqualis. *Pileus* carnosus convexus, dein planus siccus l. tantum humidus lævis glaber 2—3 unc. latus margine ſubregulari. *Caro* alba odore debili l. stipitis *Amanitæ bulbosæ*. *Lamellæ* emarginato-adfixæ 1—3 lin. latæ, juniores candidæ! mox decolorantes vitellinæ l. ſordide flavæ demum ochraceæ l. obscuriores, margine serratæ.

Varietates notabiliores et sæpius obſervatæ ſunt:

β. elegantior, pileo compacto, lamellis ſubattenuato-adnatis ſerratis vitellinis, stipite flavicante crasso bulboſo, bulbo depresso marginato.

In silvis abiegnis muscosis coloris et formæ elegantia notabilis. *Stipes* 2 unc. longus, $\frac{1}{2}$—1 unc. crassus, bulbo 1—$1\frac{1}{2}$ unciali valde depresso. *Caro* pilei flavescens.

γ. *obscurior*, pileo ochraceo, lamellis rotundatis albis decolorantibus serratis, stipite albo subæquali.

In pinetis.

δ. *claricolor*, pileo plano luteo nitente, lamellis emarginatis serrulatis integrisque, stipite albo æquali.

In betuletis ericetosis circa Femsiö. *Stipes* etiam cavus semper æqualis. *Pileus* humidus subviscosus. *Lamellæ* juniores albæ minores crenulatæ.

δ. *ferruginascens*, pileo pallido ferrugineo-maculato, lamellis demum subcinnamomeis, stipite albo immarginato-bulboso.

Ag. ferruginascens, *Batsch. El. fung. Cont.* 2. *t.* 32. *f.* 187.

In pinetis. *Lamellæ* etiam juniores albæ nunc leviter crenatæ, nunc integerrimæ.

ε. *Zamialis*, pileo luteo albo, lamellis rotundatis liberis subintegerrimis, stipite albo bulboso.

Ad strobilos et folia pinea dejecta. Multo minor, lamellis integerrimis,

50. AGARICUS *turbinatus*, pileo carnoſo convexo-plano ſubviscoſo flavo, lamellis emarginatis integerrimis iſabellino-flavidis immutabilibus, stipite ſolido elongato flavo bulboſo, bulbo marginato.

Ag. turbinatus. *Bull. Ch.* 110.

In fagetis umbroſis ad terram nudam inter folia dejecta. *Septembri.*

Descr. *Stipes* ſolidus, 3—4 unc. longus, 3—4 lin. craſſus, æqualis (bulbo excepto) teres firmus lævis glaber ſubfibrilloſus siccus flaveſcens, basi bulboſus, bulbo globoſo marginato palleſcente, $\frac{1}{2}$ unc. et ultra craſſo. *Cortina* vix distincta. *Pileus* carnoſus obtuſus leviter convexus, mox planus, raro depreſſus, lævis glaber pallide flavus unicolor, tempestate humida viscoſus, 2—3 unc. latus, margine patenti regulari. *Caro* alba mollis ſubaquoſa immutabilis, *Lamellæ* late et eleganter emarginatæ leviter adfixæ, denticulo ſubdecurrente, 3—4 lin. latæ distinctæ confertæ integerrimæ, iſabellino-pallidæ l. pallide flaventes.

Icon citata videtur hujus potiſſimum loci! A priori distinctiſſima ſpecies ſubstantia molliori, stipite æquali globoſo-bulboſo, bulbo ſemper marginato, lamellis numquam albis ſemper integerrimis, pulvere ſeminali pallidiori. etc.

Trib. IV. *Violascentes.* Omnia ut in prioribus (2—3) ſed color pilei, lamellarum stipitisque violaceus, lilacinus, purpureus, caesius l. vere olivaceus.

A *Perſoonio* determinata tribus. Forte ad priores referenda. Nonnullas a *Persoonio* ad *olivaceos* relatas, colore lamellarum iſabellino l. helvolo distinctas, ſpecies heic omisi.

(*Ag. capnoides*).

* *pileo, flavo, luteo, helvolo, olivaceo &c.*

51. AGARICUS *pansa*, pileo carnoſo convexo-plano difformi fulvo-luteo ſubviscoſo, lamellis rotundato-adnexis integerrimis cæsiis decolorantibus, stipite ſolido brevi craſſo ſubæquali, baſi marginato.

A. pachypus. *Schum. Sæll.* II. p. 322! *nec Holmsk.* Locis graminoſis in pinetis, raro. *Septembri.*

Descr. Gregarius. *Stipes* folidus compactus durus, totus fere bulbus, $1\frac{1}{2}$ unc circiter longus, 1 unc. craffus, teres lævis glaber fibrillofus flavidus, basi vix bulbofus; fed margine acuto cinctus, intus albidus l. cinerafcens. *Cortina* fugacissima albida. *Pileus* carnofus convexus, dein planus obtufus lævis glaber, coelo pluviofo viscofus, luteus disco obfcuriori fubfulvo, 3 unc. et ultra latus, margine infracto undulato difformi. *Caro* alba compacta immutabilis. *Lamellæ* obfcure et eleganter cæsiæ, dein depallentes cæsio-argillaceæ, tandemque dilute ferrugineæ, 2 lin. latæ rotundato-adnexæ; fed ob formam pilei fæpe decurrentes.

Ab allatis distinctiffima, paradoxa et pulcherrima fpecies. Sæpe et copiofe lecta unico tantum loco in silva Femsionensi (*ad viam publicam juxta semitam primam ad Almah*). Habitus fere *Ag. varii* Schæf. t. 42 t. 1, 2; fed lamellæ nunqum purpurascunt. Ad hunc pertinet A. pachypus *Holmsk.*

52. AGARICUS *callochrous* pileo carnofo convexulo orbiculari fublutefcente sicco lamellis rotundato-adnexis integerrimis vioceo-purpureis decolorantibus, stipite folido

elongato; bulboso, bulbo depresso marginato.

A, callochrous. *Pers. syn. p.* 282 (*excl. syn.*) *ut suspicor.*

In ericetis muscosis inter *Vaccinium uliginotum*, rarissime, *Augusto.*

Descr. Solitarius. *Stipes* solidus, 2—4 uncialis 4—5 lin. crsssus, teres rectus firmus subfibrillosus violaceo-albidus pallidus, basi bulbo depresso rapæformi marginato; intus concolor immutabilis. *Pileus* carnosus convexus l. planiusculus obtusus 3 unc. latus, lævis glaber siccus lutescens subhelvolus, margine regulari patente pallidiori. *Caro* crassiusscula firma alba immutabilis. *Lamellæ* rotundato-adnexæ, denticulo decurrente, subconfertæ violaceo-purpureæ, demum ochraceo-cinnamomeæ.

Substantiam fungi, nunquam purpurascentem, exsiccatam flavidam vidi. A priori toto coelo diversus et sequenti proxime accedit,

Statuit Cel. *Sprengel* in *Mant.* 1 *fl. Halens.*, esse varietatem *Ag. decolorantis*, qui mihi non rite cognitus, nisi sequentis varietas, quod

tamen vix crederem. Exacte quidem in ejus formam quadrat descriptio Cel. PERSOONI; fed de nota carnis purpurafcentis maxime characteristica nihil attulit, iconemque beat. *Batschii*, hujus varietatem referentem, ad *A. badium*? retulit. Acuratissimi quoque de *Albettini* et de *Schweiniz* distinguunt *A. decolorantem* ab *A. porphyr.*, qui fequentis varietas.

53. AGARICUS *purpurascens*, pileo carnofo convexo-plano fubhelvolo viscofo, carne fracta purpurafcente, lamellis emarginato-adnatis integerrimis violaceo-purpureis, dein cinnamomeis, stipite farcto fubbulbofo immarginato.

Ag. fubpurpurafcens. *Batsch. El. fung. Cont.* 1. *p.* 71 *t.* 16. *f.* 74! *Gmel. fyst. Nat.* II. 2. *p.* 1407.

A. porphyroplis. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 153!

A. badius: *Pers. syn. p.* 279? *(ut fuspicor varietas).*

Vulgatissimus in dumetis circa Femsiö post pluvias. *Augusto*, *Septembri.* (*Byns inteckt.* &c).

Descr. Sparfus, gregarius. *Stipes* folidus, demum cavus, 2—4 unc. longus, 3—5 lin. craffus, deorsum incraffatus fubbulbofus femper immarginatus, fubelasticus fragilis lævis fibrillofus, basi albido-pubefcens, intus fibrofus extusque unicolor purpurafcens l. lilacinus, demum expallens albidus, tactus obfcurior fubviolaceus. *Cortina* ferruginea fugacissima. *Pileus* carnofus obtufus, junior convexus, mox planus, $1\frac{1}{2}$—4 unc. latus, lævis glaber viscofus, l. exsiccatus nitidus: flavidus, helvolus, lividus l. olivafcens, (umbrinum tamen nondum inveni), tactus immutabilis, margine patente regulari. *Caro* albida mollis fubtenuis, fracta, fungi præcipue junioris, eleganter lilacina. *Lamellæ* emarginato-adnexæ, denticulo decurrente, 2—4 lin. latæ, distinctæ integerrimæ, juniores elegantiffime purpureo-violaceæ, dein argillaceo-cinnamomeæ, detritæ tamen violafcentes.

Variat stipite inæquali difformi curvato; lamellis totis fere adnatis.

54. AGARICUS *malachius*, pileo carnofo convexo pallido fubtestaceo-flavefcente, lamellis fetratis purpurafcenti-argillaceis, dein

cinnamomeis, stipite subbulboso spongioso lilacino, intus concolori. *α.] solox, major, lamellis margine concoloribus.*

Haud frequens in pinetis circa Femsjö, *Augusto, Septembri. (Hallanäs skog).*

Descr. Gregarius, etiam connato-cæspitosus. *Stipes* solidus, 4—6 unc. longus, superne 2—5 lin., basi vero incrassatus, ⅔—1 unc. et ultra crassus, sæpe difformis curvatus, raro contortus, albidus l. palfide lilacinus, striatulus, deorsum pubescens, substantia molli spongiosa pallida. *Cortina* tenuis fibrillosa cinnamomea fugacissima. *Pileus* carnosus convexus obtusus lævis glaber siccus fragilis, 3—4 unc. latus, testaceo-flavescens. *Variat* fibrillosus. *Caro* haud crassa albida inodora immutabilis. *Lamellæ* adnexæ latissimæ, (4—6 lin. fere latæ), venis connexæ, 4natæ, purpurascenti-argillaceæ, dein cinnamomeæ margine serratæ.

β. privignus, pileo carnoso campanulato-convexo pallide testaceo-helvolo, lamellis dilute purpurascentibus, marginc albidis serrulatis, stipite albido, sursum violaceo.

Inter folia pinea, locis humidis dejecta, *Septembri. (Bökebergs skog).*

Obs. *Stipes* basi subradicatus, sursum attenuatus, 4—5 lin. crassus 3—4 unc. longus. *Pileus* semper glaber.

Ad hanc speciem etiam sine dubio pertinet *Ag. araneosus* Schum. Sæll. II. p. 319. Color umbrinus apud celeb. SCHUMACHER a meo valde recedit.

55. AGARICUS *anomalus*, pileo carnoso convexo plano sicco spadiceo l. olivaceo, dein varie colorato, carne immutabili, lamellis cæsiis, purpurascentibus, demum serratis, ferrugineo ochraceis, stipite subtenui pallido, basi incrassato.

A. olivascens? *Batsch. El. Fung.* 2. p. 3 *t.* 31. *f.* 185. Copiose in silvis frondosis, dumetosis (*Hägnen &c.*) circa Femsjö.

Statura *A. purpurascentis*; sed diversa sine dubio species.

Descr. *Stipes* solidus; dein cavus, 2—5 unc. longus, 3—4 lin. crassus, teres fragilis glaber leviter fibrillosus, interdum striatus, pallidns, sursum violaceus, deorsum albidus, lividus l. fuscescens, demum totus fere albido-flavescens, intus concolor, nunc rectus, nunc curvatus, basi leviter incrassatus, vix

bulbosus in junioribus pubescens. *Cortina* fibrillosa albida, dein a pulvere seminali fulvo-ferruginea, fugax, ut in adultis nulla ejus restent vestigia. *Pileus* carnosus obtusus, junior convexus dein planus, lævis glaber constanter siccus, 1½—4 unc. latus, junior opacus obscure spadiceus l. cinnamomeo-olivaceus, dein luteo-fuligineus, demum sordide fulvus l. opace helvolus, etiam rufescens l. aqua bibulus expallens. *Caro* alba immutabilis, fere inodora et insipida. *Lamellæ* nunc totæ adnatæ, nunc eleganter emarginatæ, distinctæ 4natæ serratæ, juniores fumato-coelestinæ, mox violaceo-purpurascentes, dein fumato-argillaceæ, tandemque post varios decoloratos status ochraceo-ferrugineæ. *Pulvis* seminalis copiosus ochraceo-ferrugineus.

Affinis species est *A. orichalceus* Batsch. l. c. p. 1. t. 31. f. 184., quem variis circa Femsjö locis, ex. gr. in graminosis humidis prope stagnum *Asien* &c., collegi; sed in statu vivo describero neglexi. *Batschii* descriptio non optima; color numquam orichalceus, odor, nisi memoria falleret, nullus &c.

56. AGARICUS *scaurus*, pileo carnoso compacto convexo-explanato glabro ficco virente helvolo-luteo, lamellis rotundatis olivaceo-argillaceis, stipite folido brevi bulbofo virente.

In fegetis umbrosis ad terram. Cum fequenti tantum in silvula prope Femsjö lectus.

Descr. *Stipes* folidus, totus fere bulbus ovatus immarginatus, 1 unc. longus, bafi ¾—1 unc. craffus, carnofus durus firmus fibrillofus olivaceo-albidus, intus præcipue virens. *Cortina* fibrillofa fugacissima ærugineo-albida, demum, ferruginea. *Pileus* carnofus, primo convexus, dein explanatus 2—5 unc. latus, firmus lævis glaber siccus viridi-luteus, dein helvolo-luteus; margine tenui inflexo. *Caro* craffa dura albida. *Lamellæ* rotundato-adnexæ distinctæ subdistantes 2—3 lin. latæ planæ, colore singulari pallide olivaceo-argillaceo. *Odor* truncorum putridorum.

Junior fungus totus virescit. Ab *Ag. infracto* sine dubio distinctus. Forte cum fequenti melius ad tribum tertiam referendus,

eum color nihil violacei habet; sed tantum luteo-virescit.

57. AGARICUS *raphanoides*, pileo carnoso convexo subirregulari villoso flavo-viridi, lamellis adnatis, stipiteque farcto inæquali fibrilloso concoloribus.

Ag. venetus. *Fr. Mscr.*

? A. raphanoides. *Pers. syn. p.* 324. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 170.

? Fungus odore et sapore raphanum simulans obscure luteus et ad olivæ conditæ colorem accedens &c. *Mich. gen. p.* 179. *t. l.*

In fagetis umbrosis in vicinitate truncorum putridorum, ratissime. *Augusto*, *Septembri.*

Descr. Stipes farctus, etiam cavus, 1—2 uncialis, 4—6 lin. crassus, nunc sursum, nunc deorsum attenuatus, nunc etiam æqualis, difformis, sæpe curvatus et nonnumquam compressus, fibrillosus et pileo concolor. *Cortina* fugax olivaceo-flava. *Pileus* carnosus convexus, margine infracto, dein explanato undulato, flavo-viridis l. dilute olivaceus, villosus, 2—3 unc. latus. *Caro* flavovirens pallida, *Lamellæ* adfixæ subconfertæ 4—natæ concolores, demum olivaceo croceæ,

ad stipitem latissimæ. *Odor* debilis vix distinctus.

Ad Cortinarias quoque pertinent: *A. Gymnopus, dulcamarus* et *A. G. cervicolor. P.*

58. AGARICUS *sublanatus*, pileo carnoso campanulato-explanato subisabellino tomentoso-squamoso, lamellis adnexis helvolo-argillaceis, stipite bulboso squamoso, supra cortinam lævi violaceo,

A. sublanatus. *Sowerb. t.* 224. *Swartz l. c. p.* 90. *(Sub. Gymnop.)*

In silvis abiegnis passim, *Septembri, Octobri.* Prope Femsiö in silva *Hallanäs.*

Descr. l, c. dedit SWARTZ; sed differentiam ab *Ag. pholideo* afferre debui: *Stipes* multo crassior bulbosus, squamis minus regularibus. cortinatus. *Pileus* campanulatus, tenuior, testaceo-helvolus, tomento fusco l. rufescente subsquamoso vestitus. *Lamellæ* totæ adfixæ, nec emarginatæ, numquam violaceæ l. spadiceæ.

Etiam accedunt A. *notatus P.*, *hemitrichus* &c.

* * pileo fusco, badio &c.

59. AGARICUS *flexipes*, pileo ſubcarnoſo conico, dein ſubhemisphærico umbonato fuſceſcente, ad latera caneſcente-fibrilloſo, lamellis obſcurioribus; stipite longo æquali tenui ſolido; apice violaceo,

A. flexipes. *Pers. syn. p.* 275. (*sub Lepiota*). *Alb. et Schwein. p.* 151.

Amanita n. 2403. *Hall. helv. p.* 166. In fagetis ad terram, passim.

Descr. Subgregarius. *Stipes* ſolidus, 3—4 unc. longus, 1—2 lin. crassus, ſemper omnino æqualis, teres firmus flexuoſus, etiam ſæpe undulatus, fibrilloſus pallidus, apice violaceus. *Cortina* contexta fugax, intus violacea, extus alba. *Pileus* leviter carnoſus conicus acutus, dein convexus umbonatus, umbone carnoso, umbrinus l. cinnamomeo-fuscus, dein expallens umbrino-helvolus l. obſcure isabellinus, ſquamoſo-fibrillosus, indeque totus caneſcens, 4—8 lin. latus, margine tenui. Variat quoque pileo toto explanato rimoſo 1—1½ unciali. *Caro* tenuis helvola, stipitis apice violacea. *Lamellæ* rotundatæ

fubadfixæ, raro emarginatæ, juniores atro-purpureæ, dein umbrino-fuscæ l. badiæ, fubdistantes leviter adfcendentes 2—4natæ, margine demum fubalbicantes.

Optime distincta species; fed multis affinis. Tota structura est *A. cucumeris aucuti* &c. Summa etiam cum *A. brunneo* affinitas. Cum fequenti convenit colore, mutationibus diverfarum ætatum &c.

60. AGARICUS *evernius*, pileo fubcarnofo convexo purpurafcenti-badio, dein ifabellino-helvolo fibrillofo-fquamoso, lamellis purpurafcentibus decolorantibus, stipite farcto elongato æquali glabro fubviolaceo.

A. impuber. *Sowerb. t.* 125. (*exclus. syn.*) *certe huc pertinet; fed forma minime characteristica delineata.*

Descr. *Stipes* farctus, a larvis fæpe perrofus cavus, 3—6 unc. longus, ½ unc. craffus, æqualis l. deorfum attenuatus, teres glaber leviter fibrillofus striatulus violaceus l. albo-coerulefcens. *Cortina* fubfimbrians alba fugax. *Pileus* leviter carnofus obfolete umbonatus convexus, dein explanatus, junior purpurafcenti-badius l. castaneus, demum depallens fubtestaceus l. isabellino-helvolus, dif-

fracto-sericeus et albido-fibrillosus, fragilis, 2—4 unc. latus. *Lamellæ* adnexæ latissimæ distinctæ 4natæ purpureo-violaceæ, dein argillaceæ subtestaceæ, demum cinnamomeæ.

In pinetis vulgaris, *Augusto — Octobri*. Mutatio pilei hujus et antecedentis omnino singularis!

β. ventricosus, pileo difformi repando subtestaceo glabro, lamellis testaceo-cinnamomeis, stipite bulboso subsericeo.

In pineto quodam circa Femsjö copiose lectus d. 11 Aug. 1815.

Stipes solidus mollis, 1½—2 unc. longus, basi valde bulbosus, 1 unc. et ultra crassus, apice attenuatus. *Pileus* subnitidus 2—3 unc. latus, e cortina violaceo-albida fimbriatus. *Lamellæ* adnexæ.

61. AGARICUS *torvus*, pileo carnoso convexo-plano obtuso fusco l. obscure fulvo glabro lamellis violascentibus, stipite brevissimo solido bulboso violaceo-albo.

A. umbrinus? *Pers. syn. p.* 280.

Rarissime in pinetis et fagetis. *Septembri.*

Etiamsi *A. umbrinus* Pers., quod tamen omnino dubium, huc pertineret, nomen alii

ſpeciei quoque ſacratum (*Conf. Perſ. ſyn. p.* 435.), mutandum.

Deſcr. Parum differunt ſpecimina in pinetis et fagetis lecta. In utraque vero forma *Stipes* ſolidus compactus firmus, 1 unc. longus, ½—⅔ craſſus, deorſum incraſſatus l. ſubbulboſus, glaber læviuſculus l. interdum diffractus, violaceo-albidus, demum ſubbrunneus, intus violaceus l. pallidus. *Cortina* non fimbrians; ſed baſi contexta, annuli instar stipitem ſæpe cingens, alba. *Pileus* vere carnoſus, (qua nota a prioribus mox tute distinguitur) convexo-planus obtuſus, 1 unc. latus, siccus? lævis glaber, interdum teſſulato-rimoſus. *Caro* ſordide albida, nonnunquam leviter odora. *Lamellæ* adnatæ integerrimæ 2—4natæ latiuſculæ (3 lin. circiter).

In ſpeciminibus e fagetis, nondum forte explicatis, pileus fuſcus et lamellæ ſubumbrinæ; in ſpec. autem e pinetis pileus obſcure fulvus et lamellæ incarnato-violaceæ.

* * * pileo pallescente, albido, sublilacino.

62. AGARICUS *traganus*, foetidus, pileo carnoso convexo-plano subfibrillofo lilacino pallido, demum subflavente; lamellis ochraceis subcrenatis, stipite bulbofo albido-violaceo intus croceo.

A. monachella. *Obs. Myc. I. p.* 8. *in Obs.*

A. amethystinus. *Schæff. ind. p.* 24. *t.* 56. *Pers. Comm. p.* 22. *(certissime).*

A. subviolascens. *Batsch. El. Fung. p.* 47. Ubique inpinetis et fagetis circa Femsjö copiose; odore foetido subhircino facile distinctus?

Diversissimus *A. amethystiuus.* Pers. syn. p. ~~46.~~ 465.

Descr. Gregarius. *Stipes* solidus, 3—5 unc. longus, ½ unc. crassus, basi vero bulbosus 1—2 unc. crassus, nunc fibrillosus, nunc etiam albido-villosus, dilute violascens l. lilacino-pallidus. *Cortina* albido-violacea, dein a pulvere seminali læte ochraceo colorata. *Pileus* carnosus obtusus convexus, mox pla-

niusculus, canefcente-lilacinus, demum, disco præcipue, flavefcens l. rufefcens, 2—5 unc. latus, plus minusve adpreffe fericeus, etiam glaberrimus, siccus lævis firmus, margine demum fubrepando. *Caro* molliuscula, odore foetido. *Lamellæ* adfixæ latæ distinctæ subcrenatæ ochraceæ, demum obfcuriores cinnamomeæ.

63. AGARICUS *spilomeus*, pileo carnofo convexo glabro pallido, demum ferruginafcente, lamellis lilacinis decolorantibus integerrimis, stipite attenuato lilacino-albo fulvo-variegato.

A. araneofi var. *Sowerb. t.* 384. *f.* 1.

In silva Hallanäfensi legi *Septembri*, haud copiofe.

Descr. Inter elegantiores fpecies numeranda, et icon SOWERB. non optima. *Stipes* folidus, demum cavus, 2—4 unc. longus, furfum attenuatus, non tamen bulbofus, 3 lin. l. parum ultra crasfus, teres fragilis pallidus lilacino-albidus, elegantissime fulvo- l. ferrugineo-maculatus, maculis fubfquamofis fibrillofis, intus aquofe concolor et apice præcipue lilacinus. *Cortina* fulvo-fer-

ruginea. *Pileus* carnofus convexus obtufus *l*ævis glaber siccus pallidus, margine fublilacinafcente, demum fubferrugineus; fed femper pallidus, etiam fæpe fulvo-variegatus, 1 unc. et ultra latus. *Caro* pallida immutabilis, odore debili fubnullo. *Lamellæ* adfixæ fubrotundatæ, 4naræ distinctæ fubconfertæ, 2 lin. circiter latæ, dilute lilacinæ decolorantes fubferrugineæ; fed pallefcentes.

64. AGARICUS *albo-violaceus*, pileo carnofo convexo glabro violafcente-albido, demum expallente, lamellis violaceis decolorantibus fubferrulatis, stipite bulbofo argenteo apice violaceo.

A. alboviolaceus, *Pers. syn. p.* 286.

In pinetis siccus, passim. *Augusto*, *Septembri*.

Descr. Valde distincta et notabilis species. *Stipes* folidus, $2\frac{1}{2}$—3 unc. longus $\frac{1}{2}$ unc. circiter craffus, basi incraffatus fubbulbofus, fæpe 1 unc. craffus, teres fubfirmus lævis glaber argenteo-pallens, plus minusve et præcipue apice violafcens. *Cortina* albida fugax. *Pileus* carnofus convexus obtufus (in meo femper), lævis glaber, 1—2 unc. latus, dilute violaceus, mox expallens albidus, de-

mum nonnumquam etiam flavescens. *Caro* albida, odore debili, non ingrato. *Lamellæ* rotundato-adnexæ, 2—4natæ, dilute violaceæ, dein argillaceæ, margine in adultis obsolete serrulatæ.

65. AGARICUS *croceo-coeruleus*, pileo carnoso convexo-plano glabro dilute violaceo, lamellis integerrimis subcroceis, stipite cavo æquali albido

Var. Ag croceo-coerulei. *Pers. syn. p.* 341. *Ic. et descr. p.* 2. *t.* 1. *f.* 2.

In fagetis umbrosis ad Almas — Semel tantum (6 Sept. 1815) legi.

Descr. Stipes cavus, 2 unc. longus, æqualis l. deorsum attenuatus, 2—3 lin. crassus, teres fragilis lævis glaber, numquam pulverulentus albidus, intus concolor. *Cortina* satis distincta; sed fugax, cinnamomeo-crocea. *Pileus* carnosus convexo-planus obtusus l. obsolete umbonatus; lævis glaber subhumidus fragilis, lilacinus l. dilute violaceus, uncialis et ultra. Variat disco depresso. *Caro* aquosa pallida. *Lamellæ* leviter adnexæ, attenuatæ l. late emarginatæ, denticulo tenuissimo subdecurrente, planæ 3 lin. fere latæ

distinctæ ſubdistantes argillaceæ l. incarnato-croceæ.

Affinis *A. incurvo.* Pers. l. c. t. 7. f. 5.

66. AGARICUS *geophilus*, gregarius, pileo ſubcarnoſo campanulato fuſceſcenti-umbonato ſubviolaceo, lamellis cinnamomeo-argillaceis, stipite ſubfistuloſo pulverulento pallido.

A. geophilus. *Pers. syn.* p. 340. *(ſub Gymnop.) Albert. et Schwein. l. c. p.* 173.

A. geophyelus. *Sowerb. t.* 124. *(optime, exclus. syn.)*

A. affinis. *Pers. ic.* et *desir. p.* 1 *t.* 1. *f.* 1.

Raro in silvis umbrosis ad terram.

Descr. Gregarius. *Stipes* farctus, demum ſubfistulosus, 1—2 unc. *l*ongus, 1—2 lin. craſſus, teres lævis glaber pileo concolor, nunc rectus nunc leviter fistuloſus: *Cortina* fibrilloſa fugax. *Pileus* leviter carnoſus, junior campanulatus, dein explanatus, luteſcenti-l. fusco-umbonatus, ½—1 unc. latus, lævis glaber obſolete fibrilloſus; albidus; violaceus l. fusceſcens. *Caro* albida. *Lamellæ* adfixæ 4natæ distinctæ, adſcenden-

tes, demum planæ obſcure l. cinnamomeo-argillaceæ.

Summa cum *A. argillaceo* affinitas, et forte tantum varietas.

**** pileo obſcure violaceo l. coeruleo.

67. AGARICUS *ephebeus*, pileo carnoſo campanulato-explanato villoſo obtuſo purpureo-violaceo, lamellis liberis ochraceis, stipite ſolido æquali albo.

A. villoſus. *Bull. Chs. t.* 214! *(nomen aptum, sed multis commune).*

Rarissime in silvis umbrosis ad ligna vetusta. *Septembri.*

Descr. Stipes ſolidus, 2 uncialis, 2—3 lin. craſſus, æqualis, ſubadſcendens l. rectus, teres lævis glaber ſubfragilis albidus l. dilute lilacinus. *Cortinam* nondum vidi, ſed adesse videtur. *Pileus* carnoſus campanulatus, mox explanatus obtuſus, 1—2 unc. latus, purpureo-violaſcens villoſus. *Caro* alba. *Lamellæ* liberæ latæ 4natæ integerrimæ distinctæ croceo-ochraceæ.

68. AGARICUS *violaceus*, pileo carnoſo convexo-plano villoſo obſcure violaceo,

lamellis adfixis violaceis, stipite bulbofo fpongiofo violaceo, intus coeruleo-cinereo.

A. violaceus, *Linn. Suec. p.* 448. *excl. variis syn. Pers. syn. p.* 277. *Hedw. fil. Obs. Bot. p.* 10. *t.* 4. (*triplo minor*) *Sv. Bot.* 288.

A, araneofus, violaceus, *Bull. t.* 250!

In si*l*vula Byns int ag prope Femsjö quotannis *Augusto* et *Septembri* viget. Alibi numquam vidi fpeciofissimum fungum.

Descr. Stipes folidus deorfum incraffatus bulbofus, 2—4 unc. longus, ½—1 unc. craffus, teres mollis fpongiofus, junior totus tomentofus, de*i*n fibrillofus, violaceus, intus obfcurior cinereo-coeruleus. *Cortina* coerulea, dein a pulvere feminali ferruginea, fugax. *Pileus* carnosus convexus, dein planiusculus obtufus, obfcure violaceus villofus fubsquamofus firmus, rarissime rimofus, 3—6 unc. latus. *Caro* obfcurior fere, mollis. *Lamellæ* adfixæ fubdistantes venofo-connexæ, carne pilei latiores, obfcure violaceæ dein pulvere feminali ferrugineo cousperfæ purpureæ, quo vero detrito iterum obfcure violaceæ, *Odor* nullus faltim ingratus.

Meum fungum non refert *A. violaceus.* Fl. Dan. t. 1133. Schum. Sæll. 11. p. 332.

Multo minus *A. cæruleus major* Buxb. Cent. IV. p. 7. t. 11.

III. GYMNOPUS.

Olim etiam in tribus naturales dividendus. Ad interim ſecundum colorem distribuo.

* Colore violaceo, lilacino &c.

(*Ag. nudus, croceo-coeruleus, ephebeus &c*).

69. AGARICUS *perſonatus*, pileo carnoſo convexo-plano glabro violaceo-cinereo, margine pulverulento, lamellis truncato-adnexis violaceo-purpureis, stipite ſubbulboſo craſſo villoſo violaſcente.

A. violaceus. *Sowerb. Engl. fung. t.* 209.

In nemoribus Scaniæ frequens, *Octobri* Ex. gr. prope Lundam in *Paradis lyckan*, *Refſten*, *Fogelfäng &c.* — In Smolandia nunquam vidi.

Descr. Subgregarius. *Stipes* solidus, 2 unc. longus, 1 unc. circiter crassus, plus minus bulbosus, teres firmus albido-violaceus, totus pulverulento-villosus, dein squamulosus; intus spongioso-carnosus subconcolor. *Cortina* nulla. *Pileus* carnosus, junior convexus, mox explanatus, demum etiam subdepressus, obtusus, 3—6 unc. latus, lævis glaber siccus, junior regularis, demum repandus, carneo-lividus l. subpurpurascenti-cinereus; margine primo inflexo, mox deflexo, dein patenti concolore l. albido, subvilloso. *Caro* mollis albida debiliter odora. *Lamellæ* leviter adnexæ truncatæ, demum liberæ, 4—8natæ distinctæ dilute violaceæ, cæsiæ l. janthinæ.

Hujus varietates notabiliores et aliis forte diversæ species:

β. *bicolor*, pileo planiusculo purpurascenti-hepatico, lamellis violaceis, stipite concolori.

A. bicolor. *Pers. syn. p.* 281. *(hujus loci certe videtur).*

In Paradislyckan quoque crescit. Parum minor et junior forte status ob marginem evidentius pulverulentum.

γ. anserinus, pileo convexo glabro alutaceo-albo, lamellis rotundatis albidis, stipite villoso violaceo æquali brevissimo.

Inter Lundam et Flädie legi *Octobri*, locis campestribus pinguissimis.

Hujus, ni fallor, varietas; licet pileus et lamellæ nullo modo violascant.

Stipes æqualis, ½—⅔ unc. longus, ½—1 crassus, obscure violaceus villosus, demum squamosus, intus albidus. *Pileus* junior hemisphæricus sordide albus; caro pallida. *Lamellæ* liberæ.

An hujus locisit et *sordidus* Schum. Sæll., dijudicare nequeo. Certe propria species est *A. mutabilis Ejusd.* l. c. p. 341.

70, AGARICUS *tyrianthinus*, cæspitosus, pileo carnoso planiusculo violaceo janthino glabro, margine nudo, lamellis incarnato-janthinis subadnexis, stipite subæquali concolore, apice pulverulento-villoso.

Pulcherrima species copiose lecta in silvula Hågnen prope Femsjö ad radices Quercuum. *Novembri*.

Descr. Cæspitosus, saltim gregarius. *Stipes* solidus, 1—3 unc. longus, ½ unc. et

ultra craſſus, teretiusculus firmus, obſolete striatus, apice villoſo-pulverulentus, violaceo-incarnatus, intus albidus. *Cortina* nulla. *Pileus* carnoſus obtuſus planiusculus ſubirregularis, 2—5 unc. latus lævis glaber ſiccus, vel tantum humidus, colore dilute purpureo l. violaceo-incarnato ſubjanthino (tyrianthino *Martial.*), margine diflexo glabro. *Caro* albida. *Lamellæ* adnexæ leviter truncatæ, 4natæ, 3—4 lin. latæ, ſubconcolores, numquam decolorantes l. pulverunlentæ, pulvis enim ſeminalis ſubtilis albidus,

Obs. Hanc *A. nudi* tribum in ſerie naturæ ipſiſſimum ad Cortinarias eſſe tranſitum, omnia luculenter demonſtrant. *Cortina* quidem nulla; ſed ſtipes et margo pilei primum, dein ſtipes, mox hic apice tantum villoſus; tandemque in *A. mutab.* Schum. omnia glabra. *Lamellarum* color Cortinariæ; ſed nunquam decolorant (tantum expallent); pulvis enim incoloratus! Eſtque hac cauſſa, quare, cortina licet nondum detecta, ad *Cortinarias* retulerint *A. ephebeum.* Conf. *Ag. Vaccin.*

71, AGARICUS *chalybeus*, pileo submembranaceo campanulato subpapillato cyaneo-nigrescente striatulo squamoso; lamellis adnatis serrulatis cæsio-albidis, dein fumato-purpurascentibus, stipite subfarcto cyaneo.

A. chalybeus. *Pers. syn. p.* 343. *Ic. pict. t.* 4. *f.* 34.

A. columbarius, *Sowerb. t.* 161. (*excl. syn.*)

In collibus graminosis muscosis, *Iul.* — *Sept.* haud infrequens.

Descr. Stipes farctus l. fistulosus, (solidum, ut Cel. PERSOON describit, vix umquam vidi) 1½—2 unc. longus, 1 lin. crassus, æqualis teres subfragilis lævis glaber, basi tantum albido-villosus, junior atro-coeruleus, dein expallens cyaneus. *Pileus* submembranaceus, primo hemisphæricus læviusculus cyaneo-niger subumbonatus, dein explanatus campanulatus l. convexus leviter striatulus squamulosus lilacino-cinereus, demum etiam umbilicatus, fragilis, explanatus 1 unc. et ultra latus. *Caro* concolor. *Lamellæ* totæ adnatæ, subvenoso-connexæ, 4natæ latiusculæ, juniores cæsio-albæ, dein fer-

ratæ purpurascenti-albidæ, margine numquam nigro. *Pulvis* seminalis roseus!

β. *grumicola*, pileo campanulato nigro, lamellis purpurascenti-cinereis, stipite solido.

Ad latera viarum arenosa.

Pileus apice tantum squamosus, constanter obtusus. *Lamellæ* decedunt.

Obs. Valde affinis est *Ag. lampropus*, pileo subcarnoso convexo cinereo-griseo fibrilloso, disco subdepresso, lamellis adnatis integerrimis griseo-albis, stipite fistuloso (1—2 lin. crasso) coeruleo nitido. *Fries Obs. Myc.* 1. p. 19. (*Bull. t.* 413. *f.* 1). In *A. chalybei* et *ferrulæ* consortio sæpe crescit et illius statui senescenti similis. *A. ferrula* lamellis margine nigris tute distinguitur. Vide inter *Omphal.*

72. AGARICUS *placidus*, pileo subcarnoso convexo-plano villoso-squamuloso griseo, lamellis rotundato-adnexis albido-griseis, stipite solido violaceo curvato, apice farinaceo

Ad truncos fagineos vetustos, in silvis roridis umbrosissimis, *Aug. Sept.*

Descr. Solitarius. *Stipes* folidus; $1\frac{1}{2}$—2 unc. longus, 1 lin. craſſus l. parum ultra, teres fragilis curvato-adſcendens, eleganter et obſcure violaceus, nitens lævis glaber, apice juniorum albo-pulverulento. *Pileus* ſubcarnoſus, junior convexus, dein planiuſculus obtuſus, 1 unc. latus nec ultra, griſeus, numquam ſtriatus; ſed adpreſſe villoſo-ſquamuloſus, fibrillis brevioribus, quam in affinibus. *Lamellæ* rotundato-adnexæ distinctæ 4natæ latiuſculæ albido-griſeæ.

Medius inter *Ag. ſalicinum* P. et *lamprop.* Fr.; ab utroque tamen ſatis distinctus,

73. AGARICUS *exilis*, pileo membranaceo convexo glabro ſtriato cinereo, lamellis ſubadnexis albido-incarnatis, ſtipite fiſtuloſo cæſio glabro, apice nudo.

Inter folia dejecta faginea et ad truncos putridos, locis umbroſis roridis. *Aug. Sept.*

Descr. Vera quidem Mycenæ ſpecies; ſed ob ſummam affinitatem non potui non huc referre. Solitarius. *Stipes* fiſtuloſus, 2 unc. longus, filiformis teres lævis glaber ſub-

fragilis, basi leviter incrassatus pubescens, rectus virescenti-cæsius. *Pileus* membranaceus convexus obtusus cinereus, disco minuto obscuriori, striatus glaber, $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ unc. latus. *Lamellæ* leviter adfixæ, dein liberæ, latiusculæ distinctæ, juniores albæ, dein albido-incarnatæ.

Ab *Ag. salicino* differt; stipite fistuloso glabro cæsio, pileo membranaceo cinereo striato &c. Inter *Mycenas* PERSOONII nulla affinis species.

Vidi quoque *Ag. exilis* formam *subtiliorem*, pileo globoso nigro 2 lin. lato, stipite setaceo fistuloso.

74. AGARICUS *griseo-cyaneus*, pileo subcarnoso campanulato-convexo squamoso griseo lilacino, lamellis liberis albidis subroseis, stipite cavo crassiusculo cæsio-fumato subfibrilloso.

In campo elato (*killinghagen*) prope Femsjö, quotannis post pluvias. *Aug. Septembri.*

Descr. Subgregarius, numquam vero cæspitosus. *Stipes* junior farctus, mox cavus, 1$\frac{1}{2}$ unc. circiter longus, 2—2 lin. crassus, sursum leviter attenuatus, albidus dilute cæ-

sio - fumatus nec nitens, surfum subfibrillosus. *Pileus* subcarnosus campanulatus, dein convexus obtusus, squamosus, dilute lilacino-cinereus l. griseus: $\frac{3}{4}$—1 unc. latus. *Caro* alba. *Lamellæ* liberæ 4natæ, 2 lin. et ultra latae, integerrimæ albidæ demum roseæ.

An huc pertinet A. *atro - cyaneus* P? Nondum vidi; sed descriptio non multum obstat. Pileus tamen magis carnosus, quam in alia affini specie. De cetero A. *incurvo* Schum. proximus,

* * pileo cinereo, fuligineo, nigricante, livido &c.

75, AGARICUS *hispidulus*, pileo submembranaceo plano cano griseo sericeo, lamellis rotundatis liberis stipiteque cavo glaberrimo albis.

A. hispidus *Batsch. El. fung. p.* 81. *t. VI. f.* 25. *(varietas modo videtur).*

In terra, e truncis fagineis putridis orta, raro, *Augusto.*

Descr. Stipes sæpius cavus, 1—2 unc. longus, 1 lin. crassus, deorsum leviter incras-

satus, teres fragilis curvato-adscendens lævis glaber albus. *Pileus* membranaceus, disco tantum leviter carnosus, obtusus planiusculus fragilis, ½ unc. circiter latus, regularis canus, totus griseo-sericeus (nec; ut in icone *Batschii*, sparsim tantum hispidus, nisi illius forte diversa species); lævis et margine in adultis tantum striatulus. *Lamellæ* rotundatæ liberæ 2—4-natæ latiusculæ subdistantes albæ, demum obsolete cinerascentes. — Affinis *A. sericello*. Pers.

76. AGARICUS *orcinus*, pileo carnoso, convexo fusco livido glabro, lamellis liberis candidis, stipite solido pallido, apice albo-squamuloso.

In ericetis elatis montanis (*Hallands ås*) *d.* 8. *Oct.* 1815.

Descr. Solitarius, *Stipes* solidus, uncialis, 2—4 lin. crassus, basi incrassatus dilute ochraceus l. concolor, teres glaber albidus, apice albo-squamosus, intus fibrillosus. Variat æqualis, *Pileus* carnosus convexus obtusus lævis glaber siccus uncialis fusco-lividus. *Caro* albida. *Lamellæ* liberæ 2—3 lin. latæ confertæ planæ albæ.

Varios e Persoonianis vidi, ad nullum vero

referre potui, Cum *A. luscino* non confundendus. E fungis a *Michelio* (*Nov. Pl. gen. p.* 150, 151) allatis, varii huc referri possent; sed cui bono? Etiam varietas minor *Aman* 2384. Hall helv. p. 163; sed qua fide?

77. AGARICUS *cuneifolius*, pileo subcarnoso convexo-plano livido glabro, lamellis oblique cuneiformibus subadnatis albis, stipite cavo pallido glabro.

Rarior in pratis siccis muscosis. *Augusto.*

Descr. Stipes cavus, 1 unc. longus, 3 lin. deorsum angustatus 2 lin. crassus, teres subfragilis glaber l. fibrillosus, numquam vero squamosus, sordide albidus. *Pileus* leviter carnosus convexo-planus, ½—1 unc. et ultra, lævis glaber siccus cinereo-lividus, demum sæpe rimosus. *Caro* tenuissima albida, odore nullo. *Lamellæ* leviter attingentes subadnatæ oblique cuneiformis l. obovatæ, 3 lin. latæ, albæ.

Affinem speciem non vidi, sed in habitu, nescio quid, cum *Ag. janthino* Batsch. commune.

78. AGARICUS *nitratus*, pileo subcarnoso planiusculo difformi subsquamoso cinera-

scente, lamellis emarginato-adnexis collinitis cinereis; stipite cavo difformi cinerascenti.

A. nitratus. *Pers. syn. p.* 356.

A. murinaceus. *Bull. champ. t.* 520. *Sowerb. t.* 106!

Passim in graminosis muscosis elatioribus. *Augusto*, *Septembri.*

Descr. Rigidus fragilis, odore forti nitroso. *Stipes* cavus; nec nisi rarius obsolete farctus, 3—4 unc. longus, 4—10 lin. crassus, difformis, basi tamen non incrassatus, subundulatus lacunosusve glaber albidus l. cinerascens *Pileus* tenue carnosus obtusus, primo campanulatus, dein planus, difformis, sæpe repandus et incisus, 2—4 unc., glaber, nunc lævis, nunc rimoso-squamosus subsquarrosus. *Color* quoque variabilis, nunc albidus disco fusco, nunc cinereus et „nigrescente-umbrinus" secundum Cel. Persoon. *Lamellæ* emarginato-adfixæ, interdum fere liberæ denticulo tantum adnatæ crassæ distantes subdistinctæ 4natæ, 4—6 lin, latæ, ventricosæ, margine repandæ, ut in icone Cel. *Sowerby;* primo albidæ, mox cinereæ, ad latera materia quadam pingui? collinitæ, qua deleta subolivaceæ!

β. aglidius, minor, pileo piceo-cinereo glabro regulari, lamellis albidis adnatis, stipite cavo cinereo-fusco.

Crescit inter *A. griseo-cyaneum* § 74., eodemque tempore.

E solo sterilissimo sine dubio ortus. *Odor* gravior fere, nitroso-alliaceus! Stipes 1—2 uncialis, 2—3 lin. crassus lævis. *Pileus* ½ unc. latus! lævis, demum etiam squamosus. *Variat* quoque stipite apice albo-pulverulento.

79. AGARICUS *saponaceus*, pileo, carnoso convexo-plano difformi sublivido pallido, lamellis sinuatis albis, stipite solido nudo deorsum attenuato pallido.

Ag. fusiformis. *Schum. Saell.* 11. *p.* 318. *sec. iconem Auct. simillimus.*

Formam refert: *Batsch. l. c.* 11. *f.* 203. b. In pinetis inter folia dejecta meum fungum legi, *Octobri.*

Descr. Compactus firmus, odore debili saponaceo, aliis nullo. *Stipes* solidus, 2—3 unc. longus, ½ unc. circiter crassus, deorsum plus minusve attenuatus, interdum difformis flexuosus l. curvatus, lævis glaber pallidus, intus fibrillosus dilute testaceus. *Pileus* carnosus convexus, dein planus obtusus difformis

flexuosus, glaber l. disco tenuissime rimoso-tuberculosus, 2—4 unc. latus, lividus, subalutaceus, cinereus l. fuscescens, margine sæpe pallidiori. *Caro* albida firma, dissecta rubescens l. immutabilis. *Lamellæ* sinuatæ l. rotundatæ dente adfixæ, 2—4 natæ integerrimæ albæ, numquam collinitæ.

Speciebus maxime notabilius adnumerandus. Numquam „sericeum" vidi pileum ut apud Cel. *Schumacher*. Cum *Ag. fusipedi* P. minime commutari potest.

Quorsum pertineat A. madreporeus *Batsch l. 5. Cont. 2. p. 53. f. 103*, adhuc sub judice est: Cel. Persoon ad A. *myomys* retulit. Multas equidem vidi hujus formas, nullam vero iconi citatæ similem. Si de adore quodam peculiari mentionem fecisset Auctor, f. a, c ad *A. nitratum* retulissem. — b. hunc bene refert, quoad formam.

80. AGARICUS *fumosus*, pileo carnoso convexo-plano lævi glabro cinereo-livido, lamellis adnatis sordide albis, stipite solido, sursum subincrassato sæpe albopulverulento.

A. fumosus. *Pers. syn. p. 348. Albert. et Schwein. p. 175. (pileo nigrescente-fuligineo.)*

In pinetis prope Femsjö, *Aug. Sept.*

Descr. Gregarius, raro solitarius plane inodorus. *Stipes* solidus æqualis l. sursum incrassatus, sæpe albo-pulverulentus, 2—3 unc. longus, 2—3 lin. crassus, teres tenax lævis glaber livido-cinerascens. *Pileus* carnosus convexus, dein planus, etiam depressus, semper obtusus, lævis glaber siccus subnitidus flaccidus lividus l. lutescenti-cinereus, 1—2 unc. latus. *Caro* pallida subtenuis. *Lamellæ* adnexæ 4natæ sordide albidæ, carne pilei multo latiores.

81. AGARICUS *rhodopolius*, pileo carnoso planiusculo lævi isabellino-livido, lamellis adnatis incarnatis, stipite cavo æquali glabro albo.

A. repandus. *Bolt. t. 6. (optime)!*

A. hydrogrammus. *Bull. t. 564. f. C. D. E.!*

A. flexuosus. *Schum. Saell.* 11. *p.* 276!

Amanita 2452. *Hall. helv. p.* 175.

Fungus &c. *Mich. gen. p.* 160. n. 7 *&c.*

Passim in silvis locis humentibus nemorosis. *Aug. — Octobri.*

Descr. Stipes cavus, 2—4 unc. longus, 2—5 lin. crassus, æqualis teres glaber totus albus sericeo-striatulus. *Pileus* leviter carno-

sus, junior convexus obtusus, dein planiusculus umbonatus, fragilis lævis, exsiccatus subsericeus, 1—5 unc. latus, isabellino-lividus l. alutaceo-canus, sæpe humidus, non tamen vere viscosus, margine subregulari et in luxuriantibus tantum repando. *Caro* nivea immutabilis. *Lamellæ* totæ adnatæ, 2—4 lin. latæ; distinctæ fragiles, 4—8natæ albidæ, dein incarnato-roseæ.

Magnitudo variabilis! — Non multum differt A. adstringens. β. *Alb. et Schwein.*, quem ad Yaberg legi.

Diversissimus ab *A. pluteo*, lamellis adnatis. Hujus iconem optimam, *Ag. latum Sowerb. t.* 168, nullibi citatam vidi.

82. AGARICUS *platyphyllus*, pileo subcarnoso fragili plano albo cinerascente, lamellis adnatis latissimis albis, stipite solido æquali striato subradicato.

A. platyphyllus. *Pers. syn. p.* 362. *Obs. myc.* 1. *p.* 47. *Albert. et Schwein. p.* 180.

Ad truncos, præsertim fagineos, satis frequens.

Descr. Solitarius. *Stipes* solidus, 3 unc. longus, ½ unc. et ultra crassus, æqualis subteres fragilis, longitudinaliter facile fissilis,

striatus subfibrosus glaber albido-cinerascens radicatus, radice brevi truncata. *Pileus* disco leviter carnosus, margine submembranaceus, planus; leviter umbonatus; sed sæpe obtusus, etiam disco depressus, 3—4 unc. latus. siccus subfibrillosus l. lævis glaber, plus minusve obscure cinerascens subpallidus. *Caro* alba. *Lamellæ* adfixæ, demum subdecedentes, 4natæ, ½—¾ unc. latæ, distantes distinctæ planæ albæ, sæpe transversim corrugatæ.

Fungus major, tener, murini coloris, lamellis albis *Buxb. Cent. IV. p.* 12. *t.* 18, *hunc refert:*

Ob affinitatem cum *Ag. repente* 1. p. 14. descripsi. De cetero ad speciem illustrandam non plane superfluum.

In Suecia quoque crescit *Ag. lejopus Pers. syn. p.* 362. *Ic. pict. l.* 11. *f.* 2—3. Ad hunc pertinere videtur *Ag. multiformis*: *Schaeff. t.* 14 (*ex. gr. f.* 3. *&c.*) *Pers. Comm. p.* 7. (*ad A. myomys referendum suspicatur*).

83. AGARICUS *decastes*, subcæspitosus, pileo carnoso laxo glabro lævi cinereo, lamellis adfixis confertis albis, stipiteque solido albo apice albo-pulverulento.

In ericetosis ad radices Quercuum, ex. gr. in Råknen prope Femsjö, *Aug. Septembri.*

Descr. Gregarius, subcæspitosus, inodorus. *Stipes* solidus, demum a larvis perfossus, 3—6 unc. longus, ½—1 unc. craſſus, difformis; nunc sursum, nunc deorsum incrassatus; nunc rectus, nunc curvatus, nunc etiam contortus; teres subfragilis striatulus glaber, basi albotomentosus, apice leviter pulverulentus, albus. *Pileus* carnosus convexus planiusculus obtusus, raro depressus, numquam umbonatus, difformis lævis glaber subfragilis, cinereo-murinus, livido-fuscus et nigrescens, exsiccatus griseus l. canus, margine inflexo, mox patente. *Caro* alba. *Lamellæ* totæ adnatæ albidæ confertæ 4—6natæ, 2—3 lin. latæ.

Synonyma dubia, Nullum invenio apud *Michelium*, *Battaram*, *Hallerum* &c. A. aggregatus *Scqaeff. t.* 305, 306 lamellis incarnatis differt, eademque nota *A. hortensis* P. — *A. amplus* P. differt; lamellis serrulatis subdecurrentibus &c. — *A. pullus P.* etiam distinctus.

Sequens fungus, characteribus quibusdam diverſus, habitu et modo crescendi omnino convenit:

β. *dasypus*, pileo murino, lamellis emarginatis, stipite solido pulverulento-villoso.

A dasypus. *Pers. syn. p.* 348. *quoad descr.* Ad truncos alneos vetustos, rarissime. *Sept.*

Forte distincta species. Parum minor. *Lamellæ* sæpe serrulatæ.

84. AGARICUS *camarophyllus*, pileo carnoso convexo plano subfibrilloso fuligineo, lamellis decurrentibus distantibus albis, stipite solido fibrilloso nudo cinerascente.

A. camarophyllus. *Albert et Schwein l. c. p.* 177.

A elixus. *Sowerb. t.* 172. (*specie saltim non differt.*)

Passim, sed parce, in pinetis Smolandiæ *Augusto, Septembri*; raro *Octobri.*

Descr. Stipes solidus, 3—4 unc. longus, ½ unc. crassus, æqualis l. deorsum attenuatus, teres subfirmus, apice fragilis, leviter fibrilloso-striatus cinereus glaber, basi albidus tenuissime pubescens, intus fibrillosus albus, demum rarius cavus. *Pileus* carnosus convexus, mox planus, obtusus, raro subdepressus, lævis glaber; sed sæpius fibrilloso striatus, 2—4 unc. latus, firmus cinereo-fuligineus, raro

nigrescens l. coerulescens. *Caro* subcompacta. *Lamellæ* longe decurrentes arcuatæ 4natæ distantes crassiusculæ firmæ integerrimæ; sed margine interdum crispæ, juniores albæ, dein pallidæ, demum glaucescentes.

Valde dubito, an *A. elixus. Sowerb. t.* 172. varietatis nomen mereatur.

85. AGARICUS *luscinus*, pileo carnoso convexo lævi glabro livido, lamellis adnato-decurrentibus pallidis, stipite solido farinoso albo.

A. nimbatus. *Batsch. El. fung. Cont.* 1. *p.* 49. *t.* 14. *f.* 65.

Amanita. 2379. *Hall. helv.* 162. *(excl. syn.) non obstat.*

In montanis, rarior. Legi in Hallands ås d. 8 Octob. 1815, cum *A. oreino.*

Descr. Solitarius l. gregarius. *Stipes* solidus, 2 unc. longus, 3 lin. crassus, æqualis l. deorsum levissime attenuatus subincurvus, teres firmus albidus, obsolete striatulus l. lævis, mox totus, mox apice tantum albo-pulverulentus. *Pileus* carnosus convexus obtusus lævis glaber, humidus l. siccus, 1—2 unc. latus, subirregularis, lividus. *Caro* tenuis pal-

lida. *Lamellæ* adnato-decurrentes 4natæ, 1—2 lin, latæ, pallidæ olivafcenti (?)—albidæ.

In meum fungum exacte quadrat descriptio Batschii; fed *limbatus* non est. — *A. nivofus Batsch l. c. p. 49. t. 14. f. 64.* ejusdem varietas est. — *A. nebularis* Batsch et Perf. huic affinis et in Suecia vulgatiffimus; fed certe diverfa fpecies.

86. AGARICUS *Schumacheri*, pileo carnofo convexo obtufo grifeo-fusco, margine albido, lamellis decurrentibus confertis albis, ftipite folido striato albo-cinerafcenti, bafi incrasfato.

A. fagineus. *Schum. Saell.* II. *p.* 330.

A. craffipes? *Fl. Dan. t.* 831. *f.* 2. (*sed margo concolor &c.*)

Inter folia dejecta in fagetis. Incipit crefcere fine *Septembris*, copiose. *Octobri*, paffim *Novembri*.

Descr. *Stipes* folidus, 3—4 unc. longus, ½—1 unc. et ultra craffus, bafi incraffatus sæpe bulbofus fubincurvus, teres firmus elasticus striatus, etiam fquamulofus, grifeo-albus. *Cortina* certe nulla. *Pileus* valde carnofus; cum stipite contiguus, obtufus convexus, dein explanatus, lævis glaber, interdum farina-

tus, 3—6 unc. latus, griſeo-fuſcus, margine involuto, mox explanato pallido l. albo. *Caro* mollis candida. *Lamellæ* juniores adnatæ, demum longiſſime decurrentes, 4natæ confertæ tenues albæ.

Toto coelo at *A. nebulari* diverſus; ſed characteribus aegre distinguitur; adultus tamen magnitudine et margine pilei pallido, junior lamellis adnatis et loco in fagetis.

A. clavipes P. parvitate præcipue recedit.

A. Schumacheri varietates quoque, me judice, sunt *A. canaliculatus* et *cellulosus Schum. l. c. p.* 299, 331.

87. AGARICUS *metapodius*, pileo carnoſo convexo ſubſericeo-ſquamuloso griſeo, lamellis truncato-adnexis craſſiusculis griſeo-albidis, stipite ſolido breviſſimo, deorſum attenuato, griſeo.

In graminosis od Yaberg. *Septembri.*

Descr. Stipes ſolidus, uncialis, 4—6 lin. craſſus, deorſum attenuatus, interdum compreſſus, firmus lævis glaber griſeus, exsiccatus canus, intus dilutior rubeſcens. *Pileus* carnoſus convexus ſubpulvinatus obtuſus fragilis; nunc glabratus, nunc sericeo-squamuloſus 1½ unc. latus, griſeus l. caneſcens. *Caro* ſubcom-

pacta pallide grisea, dissecta demum rubescit. *Lamellæ* truncato-adfixæ 4natæ subramosæ crassiusculæ 2—3 lin. latæ distantes distinctæ griseo-albidæ. *Odor A. prunuli* l. farinæ recentis.

Ex descriptione Persoonii *A. brevipes*; sed icon Bulliardiana longe recedit.

β. paradoxus, pileo subvillofo, lamellis longe decurrentibus, stipite longissimo deorsum attenuato.

In muscosis ad Femsjö, *Octobri*. — Reliqua ad unguem cum priori conveniunt. *Stipes* 4 unc. longus.

88. AGARICUS *humilis*, pileo carnoso plano lævi fuscescenti, lamellis adnexis confertis albidis, stipite solido brevissimo attenuato villoso cinerascenti.

A. humilis. *Pers. syn. p.* 360. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 180.

In terra nuda hortorum, finiente *Septembri* et *Octobri* ad Femsjö, raro.

Fungus major, pileo lato &c. *Buxb. Cent. IV. p.* 20. *t.* 31. *f.* 1. *hunc ad fungum pertinet.*

Descr. Solitarius, gregarius, raro cæspitosus. *Stipes* solidus durus, demum fere sub-

erosus, uncialis nec ultra, 4—6 lin. crassus, æqualis l. sursum attenuatus, teres firmus lævis cinerescens, totus pulverulento-villosus. *Pileus* carnosus planus obtusus, raro depressus, firmus lævis glaber siccus, lividus, fuscescens l. subcastaneus, margine inflexo, mox patente, demum inciso, 2—3 unc. latus. *Caro* cinerascens. *Lamellæ* in meo fungo rotundato-adnexæ, fere liberæ, albidæ confertæ 2 lin. latæ.

Haud parum differt a descriptione Cel. *Persoonii*: stipite sursum attenuato, pileo lævi sublivido; lamellis albidioribus minime decurrentibus. A descr. vero Nobiliss. de *Albertini* et *Schwein.* tantum recedit: pileo sæpius dilutiori et lamellis rotundatis.

89. AGARICUS *opicus*, pileo subcarnoso convexo obtuso squamuloso griseo, lamellis emarginatis serratis cano-griseis, stipite subfarcto cinereo fibrilloso-squamoso.

Rarissime in silvaticis versus álmâs, bis tantum lectus *d.* 14 *Aug.*, 29 *Sept.* 1815.

Descr. *Stipes* farctus, demum cavus, 1½-2½ unc. longus, 2—3 lin. crassus, æqualis teres subfragilis, totus fibrilloso-squamulosus, cinereus. *Pileus* leviter carnosus convexus, dein

explanatus, disco planus l. obsolete umbonatus subnigricans, 1 unc. l. parum ultra latus, totus minute squamulosus, junior tantum lævis, siccus fragilis griseus, numquam striatus, demum rimosus subrepandus. *Caro* tenuis dilutior, exsiccata albida. *Lamellæ* latissime emarginatæ 2—4natæ distantes distinctæ 2—3 lin. latæ subventricosæ, margine serratæ. Fractus et compressus inodorus. *Sapor* aquosus.

Ag. atrocinereus Pers. syn. p. 348 in multis cum nostro fungo convenit; sed accuratissim. *Persoon* notas maxime characteristicas omisisse, haud probabile videtur. Potius ad sequentem accedit.

90. AGARICUS *virgatus*, pileo carnoso convexo subumbonato cinerascente nigrovirgato, lamellis subadnatis integerrimis albido-canis, stipite solido striatulo sordide albido.

A. atro-cinereus. β. medius. *Alb. et Schwein. l. c. p.* 175. *(de pileo virgato nulla fit mentio; de cetero exacte!)*

Haud infrequens in pinetis, *Septembri.*

Descr. *Stipes* ſolidus, 2—3 unc. longus, 3--6 lin. craſſus, teres æqualis, interdum tortus, glaber læviusculus, apice fibrilloſo-striatus, ſæpe etiam leviter ſquamuloſus, ſordide albidus, intus albus. *Pileus* carnoſus convexus, dein planiuſculus umbonatus, 2—3 unc. latus, raro ultra, ſiccus lævis glaber ſubfragilis rigidus, griſeus, murinus l. alio colore cinerafcenti, umbone ſubobſcuriori, lineolis tenuiſſimis nigris confertis ſubtiliter virgatus, hinc vere atro-cinereus, ut nomen *Persoonii* eſſet optimum, ſi nostrum intelligeret fungum, margine patente, ſæpe pallidiori et obſolete virgato. Variat diffracto-ſquamoſus. *Caro* alba inodora, sapore vehementi acri suburente. *Lamellæ* emarginato-adnexæ 4natæ, 3—5 lin. latæ, integerrimæ, albidæ, dein canæ.

91. AGARICUS *melaleucus*, pileo carnoso planiusculo glaberrimo lævi fuligineo-nigricante, lamellis subadnexis albidis, stipite subfarcto griseo, basi incrassato.

A. melaleucus. *Pers. syn. p.* 355. *Albert. et Schwein. p.* 179.

Meum fungum in Quercetis solitarium et ad terram, locis graminosis, rarissime legi post

pluvias continuas. *Augusto.* In pinetis *Auct. cit.*

Descr. *Stipes* solidus, deorsum leviter incrassatus farctus, demum subcavus, 2—3 unc. longus, 2—3 lin. crassus, teres subfragilis, glaber subfibrillosus, basi in meo albo-pulverulentus, dilute fuligineo-griseus, intus dilutior fibrillosus. *Pileus* carnosus planiusculus obtusus *l.* obsolete umbonatus, etiam difformis et subangulatus, lævis glaber subhumidus, 2 unc. circiter latus, fuligineo-niger l. in meo sæpius exacte piceus, margine patente. *Caro* spongiosa cinerea. *Lamellæ* leviter adfixæ subliberæ, plus minusve evidenter emarginatæ, subconfertæ 4natæ albæ, dein sordidæ.

*** pileo fusco, badio, cinnamomeo, rufo,

92. AGARICUS *murinus*, pileo subcarnoso convexo lævi glabro brunneo-fusco, lamellis subadnexis albis latissimis, stipite cavo subcinerascenti æquali.

A. murinus. *Batsch. elench. p.* 79. *t.* 5. *f.* 19. Locis graminosis ad terram, rarissime, *Augusto* cum priori lectus.

Ad Persoonianos referre non potui. Ab icone citata recedit tantum disco pilei concolore lamellisque parum latioribus.

Descr. *Stipes* cavus, 2—3 unc. longus, crassit. pennæ anserinæ, cylindricus lævis glaber, basi leviter pubescens, sordidus subcinerascens, apice albus. *Pileus* carnosus convexus obtusus, raro planiusculus, firmus glaber lævis l. tenuissime squamulosus, 1¼ unc. latus, fusco-brunneus. *Caro* tenuis pallida. *Lamellæ* valde attenuato-adnexæ 4natæ distinctæ crassiusculæ latissimæ subovatæ albæ.

---

93. AGARICUS *pratensis*, compactus durus, pileo carnoso convexo explanato glabro, lamellis decurrentibus distantibus crassis, stipite subsolido brevi pallido, deorsum attenuato.

Valde notabilis et in collibus graminosis ubique vulgatissima species per totum autumnum, cujus sequentes a me observatæ varietates:

α. ficoides, demum turbinatus, pileo campacto lævi, stipite crasso.

a. subflavescens, pileo varie flavescente l. fulvo, lamellis concoloribus —

H. l. — *Sowerb. t.* 141. — *Bull. t.* 587. *f.* 1. — *Bolt. t.* 56. *Schaeff. s.* 313. *Batsch. t.* 15. *f.* 103.)(*Ag. glutinos.*) non quadrat.

A. pellucide-umbrinus. *Hoffm. Nomencl. p.* 103.

b. vitulinus, pileo dilute rufo, lamellis albidis. — *Pers. syn. p.* 305. *d, exclus. syn.*

Obs. Ag. oreades. *Bolt. t.* 151. (*Ag. pratensis Sowerb. t.* 247. *et A. coriaceus. Lightf.*) ab hoc omnino distincta species, *lamellis fere liberis &c.* Egregie descripsit *Swartz in Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 87.

c. cinereus, pileo lamellisque cinereis, stipite albo. — *Pers. l. c.*

d. chalazinus, pileo lamellisque albis.

Cum prioribus. — Ag. clavæformis. *Schaeff. t.* 307. *(nisi virgineus.)*

β. ericosus, pileo tenuiori margine striato, stipite subcrasso. — *Distincta species?*

a. turbinellus, alutaceus l. flavescens.

A. turbinatus. *Schum. Saell.* 11. *p.* 317.

b. meisneriensis, cinereus, subalbicans. *Pers. l. c.*

c. lacmus, pileo coerulescenti, stipite albo.

A. Lacmus. *Schum. Saell. p.* 333.

d. sericolor, pallescenti-albus.

γ. stirines, pileo compacto lævi, lamellis subrufis, stipite tenui.

A. pratensis. *Partis* 1. *p.* 27. *(synon. ad h pertinent.)*

Obs. formæ præcipue d) ita sane cum *A. virgineo* confluunt, ut nullos certos limites invenerim. — *A. conocephalus* Schum. Saell. II. p. 1672. ad hunc potissimum pertinet. — In var. a. enim stipes sæpius apice cavus — Lamellæ basi sæpius venosæ.

---

94. AGARICUS *albo-brunneus*, pileo carnoso planiusculo umbrino subviscoso, margine glabro, lamellis subadnatis candidis, stipite farcto æquali glabro, apice pulverulento-squamoso.

A. albo-brunneus. *Pers. Syn. p.* 293. *(sub Cortim.)*

A. striatus. *Schaeff. t.* 38. *(color pilei non bene expressus.) Pers. Comm. p.* 15.

A. patella. *Batsch. El. p.* 85.

A. glutinosus *Bull. t.* 539. *et* 258?

In silvis acerosis supra folia dejecta pinea, passim. *Augusto, Septembri.*

Descr. Gregarius. *Stipes* farctus, dein cavus, 2—3 unc. longus, 1 unc. crassus, æqualis l. deorsum levissime incrassatus, teres firmus lævis glaber, apice albo-pulverulentus subsquamosus, junior albidus, dein fuscescens. *Cortina* in ipsa infantia certe non adest. *Pileus* carnosus, primo convexus margine involuto, dein totus planus obtusus margine patente, regularis firmus, sublævis l. minute squamulosus, glaber siccus l. coelo pluvioso viscosus, 3—4 unc. latus. *Caro* compacta alba immutabilis. *Lamellæ* rotundato-l. emarginato-adfixæ, denticulo decurrente, 4natæ distinctæ 3 lin. latæ albidæ, demum apice leviter rufescentes. *Pulvis* seminalis albus. *Odor* nullus. *Sapor* non ingratus, ut esculentum crederem.

Non *Cortinaria*; neque enim velum adest, nec pulvis serminalis coloratus.

Variat lamellis eleganter rotundatis serratis. Proximus est *A. imbricatus* 1. p. 27.

95. AGARICUS *flavo-brunneus*, pileo carnoso planiusculo rufo-fulvo, disco obscuriori, sicco glabro, lamellis subadnatis flavis, stipite cavo æquali glabro nudo.

A. incertus. *Schaeff. t.* 62. (*Fungum nonexplicatum sistere videtur.*)

Agar. fauve. *Bull. t.* 574. *f.* 1.

A. impuber. *Bassch. El p.* 85. (*non vero f.* 116, *quæ A. vaccin.*)

In silvis frondosis, præcipue in betuletis. *Aug. Sept.* Legi prope Femsjö, Flahult &c.

Descr. Medius inter antecedentem et Ag. xerampelinum *Sowerb.*, nec Cortinaria, licet stipes interdum fibrillosus. Etiam eleganter gregarius. *Stipes* cavus, 2-5 unc. longus, 4—6 lin. crassus, æqualis teres subflexuosus, firmus teres lævis glaber subrufescens, intus flavus; numquam apice pulverulentus l. subsquamosus. *Pileus* carnosus convexiusculus, mox planus obtusus, 3—6 unc. latus, lævis glaber siccus, raro rimoso-squamulosus, rufo fulvus, margine subtestaceo patente, interdum repando. *Caro* compacta alba. *Lamellæ* emarginato-adnexæ, dinticulo decurrente, 4natæ, 4—5 lin. latæ, distinctæ flavæ; sed margine interdum rufescentes, etiam ferrugineo-maculatæ. *Pulvis* seminalis copiosus albus. Sapor subdulcis.

Differt. ab *A. albo-brunneo*: loco natali, stipite lævi, pileo pallidiori, lamellis flavis &c.; nisi vero utrumque comparatum sæpe examinavissem, cum hoc conjugerem.

96. AGARICUS *miculatus*, pileo carnoso planiusculo sicco granulato cinereo-livido, disco umbrino, lamellis adnatis lacteis, stipite subsolido æquali albo-fuscescente fibrilloſo.

A. granulatus. *Schaeff. fung. IV. p. 11. I. t. 21. Pers. comm. p. 9.*

A. rufolivescens. *α. Batsch. Elench. p. 85 (excl. 1. qui vaccin.)*

In Qercetis ad Yaberg, *Septembri*, in prioris consortio.

Descr. Etiam prioribus valde affinis. Sparſus. *Stipes* ſolidus, intus fibrillosus, demum etiam cavus, 2—3 unc. longus, 5—8 lin. craſſus, æqualis teres firmus, fusco-fibrillosus, nec squamosus, albidus deorſum fuſcescens. *Pileus* carnosus convexus, mox planus subobtusus l. obtuse umbonatus, 3—4 unc. latus, squamuloso-granulatus et discum obscuriorem cinereo-umbrinum versus præcipue tessulato-rimulosus, firmus glaber cinereo-lividus, margine lævi patente. *Caro* compacta subvillosa alba. *Lamellæ* totæ adfixæ 4—8natæ distantes, (non in prioribus), sæpe distinctæ l. venis connexæ, 2—4 lin. latæ lacteæ, dein pallescentes.

Icon Schaefferi non laudabilis.

Adhuc longe plures novas ex hac tribu (*Ag. rutilantis, luridi, Leucoxanthi, luteoviridis &c.*) species circa Femsjö collegi, de quarum synonymis dubius sum et hinc ad alium locum differo.

97. AGARICUS *ustalis*, pileo carnoso planiusculo obtuso glabro castaneo-rubro subviscoso, lamellis adfixis albis, stipite solido carnoso æquali subradicato albo-rufescente.

Ad terram in fagetis, rarissime. *Septembri.*

Toto coelo ab *A. leucophyllo* P. distincta species; descriptio tamen parum recedit; at *A. ustalis* stipes numquam cartilagineo-scaber —

Descr. *Stipes* solidus, 2—3 unc. longus, 3—7 lin. crassus, æqualis l. sursum leviter attenuatus, teres firmus subelasticus, obsolete striatus glaber l. fibrillosus rufescenti-albidus, intus subfibrillosus albus, fractus rufescens. *Pileus* carnosus planiusculus, nunc obtusus, nunc obsolete umbonatus, 2—5 unc. latus, firmus lævis glaber siccus l. coelo pluvioso viscosus, obscure rufus l. castaneo-ruber. *Caro* alba, fracta sæpius rubescit, insipida et inodora. *Lamellæ* adfixæ, dein a stipite deceden-

læ subrotundatæ, etiam emarginatæ, 4—8 natæ, 2—4 lin. latæ, albæ, tactæ rufescentes.

98. AGARICUS *butyraceus*, pileo carnoso convexo, dein plano subumbonato, lamellis subadnexis candidis, stipite farcto cartilagineo-corticato striatulo subrufescente, deorsum incrassato tomentoso.

A. butyraceus. *Bull. t.* 572!

Picromyces atro-rufus. *Batt. fung. p.* 47 *t.* 16 *f. c.*

A. trichopus. *Person. syn. p.* 308.

Vulgatissimus in pinetis, per totum autumnum in Smolandia.

Valde variabilis; sed stipitis cortice cartilagineo facile distinctus.

α communis, pileo rufo-brunneo, lamellis serrulatis; stipite pallido glabro, deorsum rufo villoso.

A. leucophyllus. *Pers. syn. p.* 309. (*non obstat; sed certe non A. vinosus. Bull.*)

Descr. Stipes extus cartilagineus, intus medulla candida solida molliori farctus, 2—3 unc. longus, apice 2—3 lin., basi 4—8 lin. crassus, teres firmus leviter striatus, rufus, sursum dilutior glaber, squamulis sparsis albidis facile deciduis interdum exasperatus, basi

albo-tomentofus. *Pileus* carnofus convexus obtufus, demum explanatus fubumbonatus, lævis glaber siccus rufo-brunneus, castaneus l. rubefcens, 2—3 unc. latus, margine inregro. *Caro* haud craffa albida l. incarnata. *Lamellæ* leviter adfixæ, facile decedentes, 4natæ crenulatæ confertæ albæ.

β. trichopus, pileo rufo-castaneo, lamellis ferratis, stipite rufescente, apice pallidiori pulverulento-villoso, bafi tomentoso-incurvato.

In fagetis, rarior. *Augusto.*

Est, quoad descriptionem, *A. trichopus.* Perf. fyn. p. 308. — Lamellæ demum liberæ.

γ. afemus, pileo fubcarnofo stipiteqne murino-lividis, lamellis rotundatis albis.

Cum vulgari, passim. *Stipes* etiam *cavus* observatus, pileo dilutior. *Pileus* fere fragilis subhumidus.

δ. spongiosus. pileo ochraceo-albido humido, margine striato, lamellis truncatis albis, stipite rufo-fusco, deorfum villofo.

A. spongiosus. *Schum. Saell.* II. *p.* 311. Cum prioribus. Varietas a Cel. *Schuma-*

cher commemorata ad a. I. b. pertinet. — Etiam habitu similis *A. dilutus* Schum. l. c. n. 1742; sed ni fallor, diversissima species.

" *ε. conformis*, pileo pallescenti-albo aridissimo, lamellis truncatis, stipite fuscescente.

Jam mense *Jul.* et *Aug.* inter folia dejecta betulina. *Caro* intus rubescens. Reliqua simillima in *α.* — *Lamellæ* integerrimæ? Lectus in *Hallaberg* frequenter.

Varietatem *γ.* inter Ag. cinereos Auct. descriptam esse suspicor — Hic, A. *pratensis* et alii plures luculenter demonstrant, sectiones e colore, pilei saltim, incertas esse et vagas. *A. trichopus. γ. virgatus.* Albert. et Schw. mihi plane dubius et species forte distincta. Quae de A. *leucophyllo* attulerunt, melius in A. *ustalem* quadrant.

99. AGARICUS *furvus*, pileo carnoso campanulato-explanato subumbonato subrepando badio-fusco, lamellis subliberis albidis, stipite solido elongato æquali fuligineo, basi albicante.

Varietates modo videntur;

A. phacocephalus. *Bull. t.* 555. *f.* 1. (*stipes subtuberosus, lamellæ flavescentes.*)

A. pullus. *Schaeff. t.* 250, *nec Pers.* — (*multo minor, lamellæ magis adfixæ*).

Loco graminoso depresso in Scania *d. Octobr.* — Rarissimus; sed excellenter distinctus.

Descr. Solitarius. *Stipes* solidus, 3—4 unc. longus, 5—6 lin. crassus, æqualis teres firmus, non lævis, pileo concolor l. dilutior subfuligineus, basi albicans villosus, intus albus fibrillosus. *Pileus* carnosus campanulatus, mox explanatus obtuse umbonatus, $2\frac{1}{2}$—3 unc. latus, subfragilis glaber humidiusculus, sæpius lævis, interdum pseudo-striatus l. fibrillosus, badio-fuscus, margine in majoribus speciminibus repando. *Caro* haud crassa, aquose cinerea. *Lamellæ* liberæ, juniores tamen stipitem attingentes, 4—6 lin. latæ 4—8 natæ, sæpius ventricosæ et venoso-connexæ, albæ, demum albido-sordidæ.

100. AGARICUS *vaccinus*, pileo carnoso convexulo umbonato villoso squamoso rufo, margine tomentoso, lamellis adnatis albido-rutilis, stipite cavo elongato fibrilloso.

A. vaccinus. *Pers. syn. p.* 293. *Schaeff. ind. p.* 13. *t.* 25. (*mediocr.*) (*sub Cortinar.*)

A. rufus. *Pers. ic. et descr.* p. 6. t. 2. f. 1—4.

A. impuber. *Batsch. El. Cont.* 1. p. 155 t. 23. f. 116. *certe!*

In pinetis, vulgaris. *Septembri, Octobri.*

Descr. Gregarius. *Stipes* cavus, junior raro farctus, 3 unc. circiter longus, 4—8 lin. crassus, cylindricus subfragilis, totus fibrillosus subsquamosus, apice vero albo pulverulentum numquam vidi, pileo parum dilutior, substantia interna fibrillosa alba, dein subincarnata *Cortina* proprie vix ulla; sed margo pilei junioris tomentosus involutus lamellas primum obtegit, et cortinæ instar stipitem cingit. *Pileus* carnosus convexus 1—2 uncialis, dein explanatus umbonatus 3—5 unc. latus, tomentoso-squamosua, squamis confertis adpressis sericeo-fibrosis, subfragilis rufus. *Caro* albida, dein subincarnata. *Lamellæ* totæ fere adnatæ, 3—6 lin. latæ, subdistantes, nunc distinctæ, nunc venis convexæ, albidæ, rutilantes l. rubiginoso-maculatæ. *Pulvis* seminalis albus.

Obs. Cortina omnino amphibolia; sed e pulvere seminali ad Gymnop. pertinere, satis patet.

A. rimosus P., floræ Suecicæ Novitia, propriam tribum, cum plurimis novis, repræsentat.

---

101. AGARICUS *petigosus*, pileo carnoso convexo squamuloso fulvo-rufescente, lamellis liberis flavis, stipite fistuloso rufescente albo-pulverulento, deorsum attenuato.

In silvis ad terram, raro. *Augusto* et forte *Septembri*.

Descr. *Stipes* fistulosus, $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ unc. longus, 1—2 lin. crassus, deorsum leviter attenuatus, basi glaber, firmus teres rufescens, pulvere albido consperfus. *Pileus* carnosus convexus obtusus, etiam umbonatus, albido-squamulosus l. irregulariter albo-fibrillosus, fulvo-rufescens 4 lin. latus. *Caro* tenuis; sed pileus etiam parvus. *Lamellæ* rotundatæ *liberæ*, sed stipitem attingentes, planæ latæ 4natæ flavidæ.

Proximus *A. consperso* P., quem eisdem locis in Suecia legi; hujus vero lamellæ cinnamomeæ, cortina adest fugacissima &c.

102. AGARICUS *tylicolor*, pileo subcarnoso convexo-plano subumbonato cinereo, la-

mellis liberis distantibus stipiteque fistuloso æquali pulverulento griſeis

In silvula dumetoſa *Reſten* in Scania, rariſſime. *Octobri.*

Descr. *Stipes* fistuloſus uncialis, 1 lin. craſſus, cylindricus lævis pulverulentus cinereo-griſeus. *Pileus* tenue carnoſus, fere membranaceus, convexus explanatus ſubumbonatus, ½ unc. latus, cinereus. *Lamellæ* liberæ 2—4-natæ distantes distinctæ planæ, pileo pallidiores.

Ad ſectionem: *pileo cinereo* proprie pertineret; ſed ob affinitatem cum priori huc retuli.

103. AGARICUS *myosurus*, pileo ſubcarnoſo convexo-planiuſculo lævi glabro rufeſcente, lamellis ſubliberis albidis, stipite fistuloſo, apice pulverulento, basi glabro radicato.

In pinetis *Smalandiæ*, passim. *Sept. Octobri.*

Ag. pallor *Batsch. Cont.* 1. *t.* 18. *f.* 95, quoad formam et magnitudinem, cum nostro bene convenit.

Descr. *Stipes* fistuloſus (ſed leviter, ut ab incauto interdum pro ſolido ſumi facile posſet), 1 unc. circiter longus, filiformis, deorſum leviter attenuatus glaber radicatus, radicu-

la elongata tenui curvata unciali et ultra, tenax subbrunneus, apice albopulverulentus. *Pileus* carnoso-membranaceus convexus, mox planiusculus obtusus, lævis glaber siccus tenax, ½ unc. latus, rufescens, badio-brunneus l. testaceo-rufescens; etiam rufescenti-lividus. *Lamellæ* truncatæ liberæ, juniores tantum leviter adfixæ, 4natæ albæ.

104. AGARICUS *pusillus*, gregarius, pileo carnoso-membranaceo obtuso humido rufescente, margine striato, lamellis subliberis stipiteque fistuloso, sursum attenuato, basi albido-tomentoso.

Copiose in pinetis agri Femsionensis, passim. *Octobri. Novembri.*

Descr. Gregarius, etiam cæspitosus. *Stipes* fistulosus, 1½—2 unc. longus, 1—1½ lin. crassus, sursum leviter attenuatus, teres rigidulus lævis glaber rufescens, basi tomento strigoso albo *Pileus* submembranaceus, disco leviter carnoso, convexus, mox planus obtusus, ½—1 unc. latus, humidus glaber subdiaphanus tenax testaceo-incarnatus rufescens, margine striatus. *Caro* tenuis, humida pileo concolor, sicca alba. *Lamellæ* juniores adnatæ, mox de-

cedentes liberæ, 4natæ ſubangustæ planæ distinctæ ſubdistantes rufeſcentes.

Valde affinis *A. cauticinali* Sowerb. t. 163, quem Octobri in ſilvis nostris paſſim legi; ſed hujus *stipes* totus pubeſcens, *pileus* lamellæque adnatæ flavidæ &c. — Quoad deſcriptionem etiam differt *A. badius* P.

**** pileo flavo, vireſcenti, pallido &c.

105. AGARICUS *escharioides*, cæſpitoſus, pileo ſubcarnoſo convexo ſquamuloſo palleſcente, lamellis adfixis ochraceo-argillaceis, stipite fistuloſo palleſcente, apice ſubpulverulento.

In fagetis umbrosis, locis humidis, haud frequens.

Descr. Cæspitosus. *Stipes* fistulosus, 1 unc. et ultra longus, 1—½ lin. crassus, teres firmus, rectus l. curvatus, lævis glaber pallescens. *Pileus* leviter carnosus convexus, dein explanatus, semper obtusus, tenax sublævis, plus minusve squamosus, siccus alutaceo-pallescens, 4—6 lin. latus. *Caro* alba. *Lamellæ* adnatæ, denticulo sæpe decurrente, præsertim

cum emarginatæ, distinctæ 2—4natæ pallescentes, dein argillaceæ.

β. naucosus, gregarius, pileo læviusculo sericeo pallide ochraceo, lamellis emarginatis concoloribus, stipiteque fibrilloso fuscescente.

Ad radicem jugi *Hallandsås* prope *Margretetorp.* *Octobri.*

Stipes fragilis. *Pileus* carnosus fragilis. *Lamellæ* demum liberæ — Legi prope rivulum solitarium, gregarium et cæspitosum, pileo $\frac{1}{2}$- 1 unc. lato.

106. AGARICUS *ravidus*, pileo submembranaceo campanulato lævi hirto griseo-flavido, lamellis adnatis ochraceis, stipite fistuloso æquali pubescenti pallido.

Ad truncos vetustos putridos, *Augusto.*

Descr. Gregarius subcæspitosus. *Stipes* fistulosus, 1—1$\frac{1}{2}$ unc. longus, 1 lin l. ultra crassus, teres æqualis adscendens subfragilis, flavescenti-albus l. albidus, totus pube tenui alba undique vestitus. *Pileus* leviter carnosus submembranaceus campanulatus, 1—2 unc. latus, griseo-flavidus l. helvolus, læviusculus totus albido-hirtus. *Lamellæ* adnatæ tenues 4natæ ochraceæ.

Valde diversus ab *A. pilosello*, I. p. 46: pileo carnosiori, numquam conico, lamellis absque denticulo decurrente &c. — *A. pilosellus* etiam in fimo equino crescit.

107. AGARICUS *collinus*, pileo subcarnoso campanulato explanato umbonato pallescente, lamellis subliberis albidis, stipite fistuloso lævi glabro.

A. collinus. *Scop. carn.* II. *p.* 432. *Schaeff. t.* 220. *Schum. Saell.* II. *p.* 280.

A. arundinaceus. *Bull. t.* 403. *f. a.*

Passim in collibus graminosis, autumno.

Descr. Solitarius l. gregarius. *Stipes* fistulosus, 3—4 unc. longus, 2—3 lin. crassus, sursum leviter attenuatus, teres subfragilis lævis glaber, basi pubescens, albido-pallidus, numquam corticatus. *Pileus* leviter carnosus campanulatus, dein explanatus umbonatus, lævis glaber siccus, 1—2 unc. latus, fuscescenti- l. alutaceo-pallescens. *Caro* tenuis albida. *Lamellæ* juniores leviter adnatæ, dein liberæ, 4natæ albidæ l. argillaceo-pallidæ.

A. pratensis *Batsch. El. p.* 77. t. 2. *f.* 5. ad hunc l. corticatum pertinet.

Omnino distincta species est:

Obs. I, p.

Ag. corticatus. ~~l. p.~~ 22, stipite solido corticato &c., qui

A. collinus. *Pers. syn. p.* 330 (*exclus. synonym. Schæfferi enim et Bulliardi ad A. collinum Scopolii pertinent; et Sowerb. t.* 127 *est dryophilus*). *Albert. et Schwein. p.* 172.

108. AGARICUS *esculentus*, pileo subcarnoso convexo-plano obtuso lævi argillaceo; lamellis leviter adfixis albis, stipite fistuloso glabro radicato-flavescente.

A. esculentus. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 196 (*sub Mycena*). *Wulf. in Jacq. misc.* 2 *p.* 103. *t.* 14. *f.* 4. *Trattin. essb. Schwæm. p.* 65. *Tab. I.*

A. Clavus. *Schaeff. t.* 59.

Fungus pileo crocei splendoris participe. *Vaill. par. t.* 11. *f.* 16—18.

Passim in ericetosis, sylvaticis locisque similibus in *Smolandia, vere.*

Descr. Solitarius. *Stipes* uncialis l. parum ultra, 1 lin. crassus, fistulosus cylindricus lævis glaber flavescens subnitidus radicatus. *Pileus* subcarnosus convexulus, mox planus obtusus, glaber lævis, raro striatus, argillaceus, sordide ochraceus l. leviter fuscescens, ½ unc. et ultra latus. *Caro* tenax alba. *Lamellæ* ju-

niores subadfixæ denticulo decurrente tenuissimo, dein liberæ subconfertæ subobovatæ albæ.

Numquam in Hercynia legit *Persoon*, quod singulare mihi videtur.

Et synonymon allatum *Vaillantii*, et Fungum minimum aurantium mammillarem *Ejusd. t.* 11. *f.* 19, 20 qui *A. Clavus P.*, ad *A. Clavum* suum retulit illustr. *Linné*: E descriptione etiam patet, beat. Auctorem utrumque fungum conjunxisse.

β. dubius, pileo submembranaceo stipiteque livescentibus, lamellis albis.

A. esculentus. *Pers. syn. p.* 389.

Passim in silvis, *Jun.* Praeter colorem meus fungus ab *α.* nullo modo differt; nec pileus striatus l. hemisphæricus.

γ. aquilus, pileo carnoso subumbonato plano fusco, lamellis albidis, stipite radicato.

Juxta vias, vere. Habitus omnino *A. radicati*; pileus vere carnosus uncialis et ultra. *Stipes* strictus, 1½—2 unc., albus, omnino glaber. *Lamellæ* 4—8natæ.

109. AGARICUS *tenacellus*, pileo subcarnoso convexo-plano subumbonato lævi livido-fusco expallente, lamellis adfixis niveis,

stipite fistuloso fulvente longissimo, deorsum radicato subpubescente.

A. tenacellus. *Pers. syn. p.* 387. (*sub Myc.*) *Obs. Myc.* I. *p.* 50. *Ic. pict.* I, *p.* 2. *t.* I. *f.* 1. 3 *Albert. et Schwein. l. c. p.* 195.

Præsertim in pinetis; passim *Augusto*; copiose *Octobri* & *Novembri*.

Descr. Solitarius, gregarius. *Stipes* tenuissime fistulosus (an etiam solidus?), 2—5 unc. longus, tenuissimus, ½—1 lin. nec. ultra crassus, æqualis teres tenax flexilis fulvescens; apice albo, lævis glaber, basi subradicatus leviter pubescens, sed etiam glaber varians. *Pileus* leviter carnosus submembranaceus convexus, sensim explanatus obsolete umbonatus, etiam obtusus, lævis glaber tenax, 2—6 lin. latus, livido-fuscus l. fuligineo-pallens. *Caro* albida. *Lamellæ* adfixæ planæ 4natæ, fere distantes et distinctæ, albæ.

Pileus vix nisi exsiccatus rugulosus:

β. pileo margine striatulo, lamellis adnato-decurrentibus, stipite flavo-fusco.

Jam æstate in silvis,

γ. *eumeces*, pileo submembranaceo campanulato obtuso striatulo, lamellis candidis liberis, stipite longissimo glaberrimo.

Ad terram nudam in fagetis umbrosis, *Octobri.*

Distincta videtur species; sed stipes cum prioribus convenit et semel tantum observavi. *Stipes* 4 unc. longus et ultra, albidus, totus glaber. *Pileus* membranaceus, disco lævis, margine striatus, 3—5 lin. latus. *Cum A. piloso* minime confundendus.

A. tenacellus *A. esculento* valde affinis.

110. AGARICUS *reductus*, pileo subcarnoso convexulo angulato virescente glabro, lamellis adfixis subgriseis, stipite farcto æquali flavescente, superne albo-pulverulento.

In horto Femſionenſi creſcit ſub *Syringis*, in foliis putridis dejectis. *Augusto.*

Descr. *Stipes* farctus, 2 unc. longus, 1—2 lin. craſſus, ſubæqualis teres lævis strictus fragilis palleſcenti-flaveſcens, deorſum pubeſcens, ſurſum albo-ſquamuloſus. *Pileus* ſubcarnoſus convexiuſculus ſubdifformis angulatus lævis glaber cinereo-vireſcens, exſiccatus flaveſcens, $\frac{2}{3}$—1 unc. latus. *Lamellæ* latiuſculæ ſubgriſeæ distinctæ distantes 4natæ totæ et leviter adfixæ.

Affinis *A. conigeno* P., qui ad hanc tribum ſine dubio est referendus. Singulare, sti-

pitem in pluribus apice esse albo-pulverulentum. (110. 105, 103, 102, 101, *A. caustic.*, *rameal.*, *carneo*, *conigen. &c.*) Continuationem hujus tribus vide sub * 6. *pileo albo.*

---

111. AGARICUS *subalutaceus*, pileo carnoso planiusculo glabro pallescente, lamellis adnatis albidis, stipite farcto æquali elastico pallido. — *Batsch. fung. f.* 194 *litt*, C.

In umbrosis nemorosis ad montium radices, rarior. *Aug. Sept.*

Descr. Stipes solidus, intus spongiosus, 1 unc. l. parum ultra longus, 2—3 lin. crassus, basi leviter incrassatus, teres elasticus lævis glaber curvato-adscendens (an constanter?) pallidus l. flavescens. *Pileus* carnosus planiusculus obtusus l. leviter umbonatus, etiam depressus, subtenax lævis glaber albidus, 1—1½ unc. latus, margine deflexo tenui. *Caro* albida. *Lamellæ* totæ adnatæ l. levissime decurrentes 4—8-natæ distantes pallidæ albæ.

112. AGARICUS *balteatus*, pileo carnoso subconvexo glabro sicco subfulvo, margine inflexo violaceo, lamellis albis decurrentibus, stipite subsolido æquali glabro albo.

Inter folia pinea dejecta ad Femſjö, *Septembri*, rariſſime.

Descr. Non Cortinarioideus, Solitarius. *Stipes* ſolidus; ſed apice caviuſculus, 2—3 unc. longus, 1 unc. craſſus, æqualis teres lævis glaber, raro fibrilloſus, durus elasticus albus, intus concolor immutabilis. *Pileus* carnoſus obtuſus, primo convexus diſco planus, margine inflexo, dein planiuſculus, ſubfulvus l. pallido ferrugineus, margine violaceo, lævis glaber, 3—4 unc. latus. *Caro* alba immutabilis ſubcompacta. *Lamellæ* albidæ integerrimæ 4natæ distinctæ, carne pilei angustiores, decurrentes.

Speciosa et pulchra ſpecies. *Pileus*, licet ſubfulvus, pallescit.

113. AGARICUS *lubricus*, pileo carnoſo convexo viſcido cinnamomeo l. latentio-fulvo, lamellis adnatis argillaceis, stipite ſolido ſubæquali fibrilloso albido.

A. lubricus. *Pers. syn. p.* 30½.7

In fageto (Hägnen) aliquoties legi *Septembri.*

Pertinet ad ſectionem ***; ſed priori affinis et huc ad interim relatus.

Descr. *Stipes* ſolidus, 2—4 unc. longus,

3—5 lin· craſſus, æqualis l. ſurſum leviter attenuatus, teres firmus fibrilloſus, basi pubescens, albidus, demum fuscescens, siccus. *Pileus* carnoſus, primo convexus, dein explanatus obtusus l. obſolete umbonatus, etiam depreſſus, interdum irregularis, lævis glaber viſcoſus; cinnamomeus l. lateritio-fulvus, tenax firmus 2—4 unc. latus, margine pallidiori tenui; ſed in meo vix striato. *Caro* ſubcompacta alba. *Lamellæ* adnatæ, juniores leviter videntur emarginatæ, confertæ 4natæ albidæ, mox argillaceæ l. isabellino-cretaceæ.

Variat pileo stipiteque squamoso; sed squamis facile secedentibus. — Affinis igitur *A. lento* Pers., antea descripto. Et *Ag. hybrido* proximi sunt:

Agar. curvipes. *Pers. syn. p.* 312.

A. liquiritiæ. *Pers. l. c. p.* 306.

Qui in Suecia cum variis novis affinibus crescunt; ſed non descripſi, cum cortinam, quam adeſſe ſuspicor, nondum invenerim.

*5. pileo coccineo, luteo g.

114. AGARICUS *lætus*, pileo ſubcarnoso convexo-plano viscoso fulvo, lamellis de-

currentibus distantibus incarnatis, stipite fistuloso elongato tenaci viscoso fulvo.

A. lætus. *Pers. syn. p.* 334!

Elegans hæc species passim nascitur in pratis elatis muscosis, prope Femsiö. *Sept. Octobri*, cum *A. ceraceo* mixtus.

Minime proxime accedit *A. coccineo*; sed *A. ceraceo*. (cum quo olim etiam conjunxi,) quod probe notandum. Descriptio *Persoonii* de cetero bona.

Descr. *Stipes* fistulosus, 3 unc. circiter longus, 2—4 lin craſſus, cylindricus tenax lævis glaberrimus viscosus lubricus, interdum undulato-corrugatus, fulvo-luteus; apice junioris fungi fusco l. viriscenti, dein concolori. *Pileus* leviter carnosus, margine membranaceus, subdiaphanus, convexulus, mox planus obtusus viscosus glaber, junior lævis, dein margine striatus, tenax fulvus l. testaceo-fulvus nitidus, ½—1 unc. latus nec ultra. *Caro* tenuis pallida, demum fere gelatinosa. *Lamellæ* decurrentes 4natæ distantes subvenoso-connexæ purpurascenti-roſeæ l. incarnatæ, dein apice flaveſcentes, ſubtenues.

Ad *A. conicum* Pers. ſyn. p. 335. referendi:

Ag. repandus. *Pers. l. c. p.* 329. *Bull. herb.* t 423. (?) vix credo.

Ag. laceratus. *Persoo l. c. p.* 336. *Bolt. t.* 68.

A. aurantiocrocatus. *Schum. Saell.* II. *p.* 291. (Bull. 202 nisi *coccineo* affinis) et conicus *Ejusd.*

? A. aurantius. *Bolt. t.* 335. *Sowerb. t.* 381. (ecl fig. coccin.)

A. dentatus. *Linn. Suec. p.* 443. (*sec. Swartz.*)

Agaricus. *Fl. Dan.* 599, 833. *f.* 1.

Ag. fastigiatus. *Schaeff, t.* 26 (*et conic. t.* 2.)

A. hyacinthus. *Batsch. El. t.* 7. *f.* 28.

? *A.* croceus. *Bull.* 524. *t.* 3.

? A. rigidus. *Bolt. t.* 43.

Multique alii apud veteres Auctores.

Ag. leoninus vulgaris in Suecia et *A. pluteo* omnino nimis affinis — Conf. *A. plut. β. permutatum.* I. p. 16. — Ag. pyrrofperm. *Bull. t.* 547. *f.* 3.

Ag. plut. *Fl. Dan. t.* 1067. *f.* 2.

*6. pileo albo.

115. AGARICUS *apalus*, pileo carnoso

campanulato glabro pallescenti-albo, lamellis adnatis croceis, stipite fistuloso fragili longissimo pubescente albo.

In ruderatis graminosis ad Femsjö. *Jul. Aug. Septemb.*

Descr. *Stipes* fistulosus, 3—5 unc. longus, 2 lin. crassus, basi ipsa leviter incrassatus, teres fragilis lævis, junior totus pubescens, dein glaber, sursum albo-pulverulentus, albidus. *Pileus* carnosus campanulatus, nec explicatus, obtusus lævis glaber albidus subnitens, apice interdum flavescens, margine demum lubrimosus. *Caro* tenuis alba. *Lamellæ* leviter adnatæ, facile decedentes liberæ, 4natæ semilanceolatæ, juniores albidæ, dein croceæ l. ochraceæ. *Pulvis* seminalis ochraceus.

A. collino accedit; sed *A. vitellino* P. potius affinis.

116. AGARICUS *olorinus*, candidus, pileo carnoso convexo glabro lævi, lamellis confertis adnato-decurrentibus, stipite fistuloso subæquali, basi gyssopino-tomentoso.

Inter folia dejecta in locis humidis silvarum, raro. *Septembri.*

Apud recentiores Mycologos non descrip-

tus, et ab veteribus imperfecte, ut nullum certus addere possum synonymon.

Descr. Solitarius l. gregarius, totus candidus. *Stipes* fistulosus, 2—3 unc. longus; 2 lin. circiter crassus, æqualis l. deorsum leviter incrassatus, teres firmus, sursum obsolete squamuloso-pulverulentus, etiam nudus, basi tomentosus, tomento albo gyssopino longissimo denso; exsiccato vero fungo mox flaccescit. *Pileus* carnosus convexus obtusus lævis glaber siccus tenax uncialis circiter. *Lamellæ* confertæ 4natæ adnato-decurrentes arcuatæ, ob formam pilei convexam.

Affines hujus, a quibus stipite fistuloso deorsum gyssopino, pileo sicco absque flavedine differt, synonymis novis selectis auctos enumerare placet:

1. *A. eburneus.* Pers. et Auct. — Swartz in Vet. Ac. Handl. 1809. p. 88. — Bull. t. 551. f. 2. (f. 1. est Ag. virgineus.) *Ag. lacteus.* Schaeff. t. 39. *Monomyces prœaltus*, et *M. leucophœus* cavus. Batt. fung. p. 45, 46. t. 21. f. c. F.? *Fungus albus, viscidus &c.* Buxb. IV. p. 20. t. 30, f. 2.

2. *A. cossus.* Sowerb. t. 121. *A. nitens* Schaeff. 238. *A. leucocephalus.* Bull. t. 536.

A. discoxanthus. Fries Obs. Myc. 1. p. 15. est affinis.)

3. *A. discoideus.* Pers. — Albert. et Schwein. p. 182. *Amanita* 2341. Hall. helv. p. 155, optime, (exclus. syn. *Schaefferi*, *Vaillantii* ad partem.) *Gleditschii* syn. huc pertinet; *Michelii* eodem jure ad præcedentem, lamellis latioribus distinctum. — *Monomyces pileolo elato.* Batt. l. c. p. 41. t. 13. f. F.

4. *A. chrysodon.* Pers. et Batsch. — Schum. Saell. 11. p. 310. (accurate.) Alb. et Schwein. l. c. *Monomyces margine aureo.* Batt. fung. p. 41. t. 15. f. A.

Omnes in Suecia crescunt. *Conf.* 1. p. 15.

117. AGARICUS *sericeus*, pileo subcarnoso companulato piloso-squamoso candido, lamellis adnexis rubris, stipite longiusculo tenui fibrilloso albido.

A. sericeus. *Pers. syn. p.* 366. *Ic. et descript. p.* 14. *t.* 8. *f.* 2.

β. sericellus, minor, pileo subsericeo albido-flavente, lamellis incarnato-roseis, stipite æquali,

In Suecia var. *β.* in graminosis muscosis vulgaris, *Augusto*, *Sept.* pluviosis.

Var. *α.* nondum apud nos legi; sed certe ad hanc pertinet *β.*, cujus:

Descr. *Stipes* fistulosus, 1—2 unc. longus, 1—1½ lin. crassus, subæqualis teres lævis glaber l. obsolete fibrillosus albus. *Pileus* subcarnosus campanulato-convexus obtusus lævis subtiliter sericeus, etiam glabratus, ½—¾ unc. latus. *Caro* tenuis albida. *Lamellæ* adfixæ subdecurrentes 4natæ subdistinctæ incarnatæ, dein obscuriores roseæ.

Conf. *Alb. et Schwein. l. c. p.* 183, quorum fungus, ut sæpe accidit, medius inter nostrum et *Persoonii.*

Ad meum fungum refero: *Fungum nemorosum, tenerrimum, pileolo ampliori, tenuis substantiæ, superne albo, inferne suave rubente, pediculo fistuloso perangusto et supernæ pilei parte concolore.* Mich. Gen. p. 155.

118. AGARICUS *Michelianus*, albus, pileo subcarnoso planiusculo sicco lævi glabro, lamellis subconfertis adnatis, stipite farcto æquali brevi glabro.

Fungus pratensis, parvus, albidus &c. *Mich. Gen. p.* 146. *t.* 74. *f.* 3.

Agaricus pileolo hemisphærico, petiolo tenuissimo cylindrico. *Gled. meth. p.* 119.

A. eburneus. *Bolt. fung. p.* 4. *f.* 2. *(vulgo ad A. virgineum citatur; sed potius hujus loci videtur.)*

Paſſim in graminosis muscosis circa Femsiö, *Aug. Sept.*

Descr. Solitarius l. gregarius, albus. *Stipes* farctus, demum subcavus, uncialis, 1 lin. l. parum ultra craſſus, æqualis teres lævis glaber, basi levissime pubescens. *Pileus* leviter carnosus obtusus, primo convexulus, mox planus, lævis glaber siccus subtenax uncialis et infra. *Caro* tenuis albida. *Lamellæ* adfixæ leviter decurrentes planæ 4natæ confertiores, quam in *virgineo*, *eburneo* vero &c. — *Odor* debilis interdum adest.

119. AGARICUS *cucullatus*, candidus, pileo subcarnoso campanulato sublævi glabro, lamellis adnato-decurrentibus, stipite fistuloso elongato basi incraſſato strigoso-tomentoso.

A. cucullatus. *Pers. syn. p.* 372!

Agaricus &c. *Gled. meth. p.* 121. *e.*

Fungus minimus candidus, pileolo galeri-

culato, pediculo præalto &c. *Mich. l. c. f.* 5. (*bene; sed tomentum stipitis deest*).

In silvis abiegnis muscosis ad terram et supra ligna putridissima, muscis tecta. *Jul. Aug.*

A. cucullatus *Schum. Saell.* II. p. 269. ad Ag. *laevigatum* P. pertinet. — Habitum nostri fungi bene exprimit icon *Fl. Dan. t.* 830. *f.* 2. *A. praecox* dicta; sed pileus numquam est farinosus; etiam *A. praecocis* stipes solidus videtur.

Descr. Gregarius subcæspitosus, totus candidus. *Stipes* fistulosus, 2—4 unc. longus, 2—2 lin. crassus, sursum attenuatus, teres lævis glaber, basi subincrassatus albido-strigosus. Variat stipite cylindrico. *Pileus* subcarnosus conicus, mox campanulatus, demum convexus (hinc forte non differt Fungus minimus candidus, pileolo hemisphærico &c. *Mich. l. c. s.* 73. *f.* 4; sed in hoc etiam deest tomentum basis stipitis, quod tamen in omnibus suis neglexit acuratissimus alias Observator!) subumbonatus lævis glaber, explanatus uncialis. *Lamellæ* decurrentes leviter arcuatæ 2—3-natæ candidæ distinctæ, nec venis connexæ, ut sæpius *A. galericulati*.

Forte potius Mycena et ab *Ag. galericulato* albo caute distingvendus lamellis arcuatis, pileo constanter candido, stipite non radicato &c. Demum margo pilei leviter striatus.

120. AGARICUS *undulatus*, pileo submembranaceo planiusculo striatulo glabro pallescente subrepando, lamellis decurrentibus argillaceo-ochraceis, stipite subcavo glabro.

A. undulatus? *Bull. t.* 535. *f.* 2. (*quoad habitum; et varietas videtur*) *Pers. syn. p.* 371.

Locis graminosis umbrosis ad terram semel legi (15 Maj. 1815) prope Femsiö.

Descr. Stipes deorsum solidus, sursum cavus subincrassatus, 1½—2 unc. longus, 1—2 lin. crassus, teres glaber, pileo concolor et obscurior; in meo rectiusculus lævis. *Pileus* submembranaceus planus obtusus subrepandus, tenax, raro et leviter striatus, glaber uncialis pallescens albidus. *Lamellæ* decurrentes 4natæ subdistantes argillaceo-ochraceæ, exsiccatæ crispæ.

Lamellæ subdistantes dubium me reddiderunt, reliquæ enim differentiæ minoris sunt momenti. Affinis sequenti.

121. AGARICUS *parasiticus*, pileo subcarnoso convexo, mox plano lævi subglabro

pallescente, lamellis adnatis distantibus fuscescentibus, stipite fistuloso pubescente albido.

A. parasiticus. *Sowerb. Engl. Fung. t.* 343! — (*Bull. t.* 574 *f.* 2. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 187. *parum recedunt*).

Copiose legebam ad *A. adustum, blennium* &c. putridum in omnibus nemoribus ad álmâs, *Sept. Oct.* 1813, a quo tempore non invenire potui.

Descr. Gregarius, cæspitosus. *Stipes* tenue fistulosus, 1—2 unc. longus nec ultra in meo, 1½—2 lin. crassus, æqualis l. sursum leviter attenuatus, teres rectiusculus l. e loco natali curvatus, firmulus totus pubescens albus. *Pileus* leviter carnosus, junior campanulato-convexus, mox planus, obtusus l. obsolete umbonatus, sæpe irregularis (ex. gr. angulatus, repandus, rimosus &c.) albido-fuscus subpruinatus, dein expallens nudus lævis subglaber, ½—1 unc. latus. *Caro* sordida tenuis. *Lamellæ* adfixæ, vix decurrentes, alternæ crassæ distantes distinctæ fuscescentes.

β. agaricola, pileo globoso, demum campanulato hemisphærico striato, stipite subulato lamellisque albis.

A. parasiticus. *Schum. Saell.* II. *p.* 308.

Ipse numquam legi; sed varietatem saltim esse e descriptione satis patet. *Pileus* $1\frac{1}{2}$ lin. latus; *stipes* $\frac{1}{2}$ poll. sublongus. *Schum. l. c.*

Certe autem diversus. *A. pilipes*, pallide fuscus, pileo subcarnoso campanulato lævi glabro, lamellis liberis confertis latiusculis stipiteque fistuloso piloso concoloribus. *Sowerb. t.* 249. parasiticus β.

A. ~~tuberosus.~~ *Pers. syn. p.* 371.

Extra Angliam nondum lectum scio.

122, AGARICUS *calopus*, inodorus, pileo subcarnoso convexo-plano lævi lamellisque adnexis albidis, stipite fistuloso glabro rufo-badio nitido.

A. calopus. *Pers. syn. p.* 373.

A. pineti. *Batsch. Es. t.* 3. *f.* 13.

In fagetis *Aug. Septembri* rarissime legi; in graminosis *Albert.* et *Schwein* — *vid. l. c. p.* 189.

Descr. Stipes fistulosus, uncialis, 1 lin. crassus, sursum leviter attenuatus, lævis glaber tenax rufus l. rufo-badius nitidus subradicatus. *Pileus* leviter carnosus convexulus, mox explanatus obtusus, raro depressus, 4 lin. circiter latus, albidus tenax lævis, exsiccatus rugulosus, glaber. *Caro* tenuissima alba, plane

inodora et insipida. *Lamellæ* leviter emarginato-adfixæ, 2—4natæ, tenues albidæ.

Affinis *A. scorodonio*, primo in sequenti l. graveolentium tribu; sed odore nullo facile distinguitur. Reliquas affines vid. ad § 110., quibus addendi: *A. ramealis* (vulgaris in Suecia) *tuberosus*, *ocellatus* &c.

IV. MYCENA.

(Leptonias — vid. 101. sequ.)

Trib. I. *Graveolentes.*

123. AGARICUS *porreus* (*Bulliardi*). I. p. 30. (A. Scopolii) *cum syn. exclus. Scopolii.*

A. allicinus. *Schum. Saell.* II. *p.* 270!

A. alliaceus, *Bull. t.* 158, 524, *f.* 1.

In ericeto inter folia dejecta Quercina et Betulina legi *Novembri.*

Descr. Solitarius, interdum gregarius. *Odor* alliaceus subfortis, in fungo exsiccato debilior; interdum obsoletus. *Stipes* fistulosus, 3 unc. circiter longus, 1—2 lin. crassus, teres, æqualis l. utrinque leviter incrassatus, tenax, junior rufo- l. albido-fuscus, demum nigro-

fuscus, exsuccus pubescens, apice dilutior et lamellis concolor. *Pileus* submembranaceus campanulato-hemisphæricus, mox planiusculus, obtusus l. obsolete umbonatus, tenax flaccidus, ⅔—1½ unc. latus, glaber, disco lævis, margine striatus, obscure et sordide flavescens; similis *A. peronato* δ. *apricario* l. *corticato*, quibus forte proximus. *Lamellæ* concolores subliberæ 4natæ distantes distinctæ latiusculæ (non tamen ovatæ) strictæ subcrassæ.

124. AGARICUS *prasiosmus* (*Scopolii*), graveolens, pileo submembranaceo hemisphærico cinereo, disco umbrino-olivaceo, lamellis liberis albis, stipite elongato, succo croceo referto, basi tomentoso.

A, porreus. *Schum. Saell.* II. *p.* 271.

A, alliaceus. *Scop. Carn.* II. *p.* 454.

Inter folia dejecta faginea, æstatis fine et autumno. *Schumacher*.

Obs. Ipse non vidi; sed iconem Cel. *Schumacheri* elegantem. Priori nullo modo affinis; sed mera forte varietas *A. crocati*, a quo differt: Odore alliaceo et lamellis liberis. Reliqua ad unguem conveniunt.

125. AGARICUS *alcalinus*, subcæspitosus graveolens, pileo submembranaceo campa-

nulato striato cinereo, lamellis adnatis griseo-albidis, stipite mediocri flavo ſicco, baſi albo-tomentoso.

Paſſim autumno ad truncos vetustos.

Pro *A. epipterygio*, hunc cum *A. flavipede* conjungens, olim habui (conf. I. p. 32); sed toto coelo diversus. *A. epipteryg.* et *flavipes*, in Suecia vulgares, me judice, non differunt; neque ab his *A. flavipes*, *rufocephalus*, *strigosus* et *lævigatus*. *Schum.* Saell. II, p. 275, 288, 272, 273.

Descr. Gregarius, subcæspitoſus, graveolens, odore forti nitroſo. *Stipes* fistuloſus, 2 unc. circiter longus, 1 lin. fere craſſus, cylindricus ſubadſcendens tenax flaveſcens ſiccus lævis glaber, baſi villoſo-tomentoſus. *Pileus* membranaceus, disco obſolete carnoſus, conicus, dein campanulatus obtuſus, striatus glaber ſiccus varie cinereus, junior obſcurior, ½—¾ unc. latus, explanatus 1½ unc., marginem plicatum verſus flaveſcens. *Substantia* totius fungi ſemper ſicca. *Lamellæ* adfixæ 4natæ tenues venoſo-connexæ albido-cinereæ ſubglauceſcentes (fere ut in *nitrato*).

Sequentes odore et ſubstantia conveniunt:

β. muriaticus, cæſpitoſus graveolens, pileo

membranaceo helvolo - flavescente striato, lamellis arcuato - adnatis albido - decolorantibus, stipite elongato helvolo, basi strigoso.

In silvaticis ad terram; sed ramis subjacentibus pineis innascens. *Majo.*

Descr. *Stipites* 3—4 unc. fragiles, pileo concolores l. obscuriores, basi radicati strigoso-tomentosi. *Pileus* campanulatus, sæpe irregularis, flavescens, margine striisque cinereis. *Lamellæ* albidæ, dein glaucescentes; etiam helvolæ.

γ. *ammoniacus*, gregarius graveolens, pileo submembranaceo convexo lævi cinereo, lamellis adnatis albidis, stipite brevi albido, basi strigoso.

Satis frequens in graminosis ad terram nudam. *Aug.* — *Octob.*

Obs. Distincta videtur species. *Odor* parum alliato - nitratus. *Stipes* uncialis subfirmus albidus. *Pileus* $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ unc. latus, regularis læviusculus griseo - cinereus. *Lamellæ* albidæ, vix decolorantes, adfixæ, denticulo decurrente.

Trib. III. *Propriæ.* Inodori, exsucci. *Lamellæ* albidæ, roseæ l. flaventes &c.; *non*

pulverulentæ; numquam ochraeceæ, ferrugineæ l, croceæ.

126. AGARICUS *chloranthus*, solitarius, pileo submembranaceo cucullato obtuso striato viridi, lamellis rotundato-adfixis stipiteque brevi lævi virescente, basi subvilloso virenti-albidis. *Tab. V. f.* 2.

In silvis locis graminosis *Sueciæ*, *Daniæ* &c., rarissime. Æstate pluviosa.

Descr. Solitarius gregariusque. *Stipes* fistulosus uncialis, nec ultra, 1 lin. crassus, cylyndricus virescens lævis glaber, basi pubescens eradicatus. *Pileus* submembranaceus, disco carnuloso, subcucullatus obtusus glaber striatus intense viridis subhumidus l. siccus, 2—4 lin. altus. *Lamellæ* rotundato-adfixæ, interdum secedentes, 2—4natæ latiusculæ, et, ut stipes, albido-virentes.

Affinis *A*, *Batschii*; sed stipite lævi et colore satis diversus. A subsequentibus lamellis rotundatis, nec uncinatis —

127. AGARICUS *uranius*, gregarius, pileo membranaceo campanulato-convexo striatulo obscure violaceo, lamellis uncinato-adnatis albis, stipite elongato atrocyaneo lævi, basi pubescente eradicato.

Amanita n. 2350. *Hall. helv.* III. p. 156.

Fungus parvus, amethystini coloris. *Buxb. Cent.* IV. p. 6 t. 8. f. 2.

Fungus parvus, pileolo hemisphærico &c. *Mich. Gen.* p. 156. n. 15.

Supra folia dejecta alnea putrida, *Augusto*, rariſſime. Legi in silva *Hallanás.*

Descr. Gregarius. *Stipes* fistulosus, 2—3 unc. longus, capillari - filiformis cylindricus tenax flexibilis, junior atro - cyaneus, dein expallens, lævis glaber, baſi albido - pubescens eradicatus. *Pileus* membranaceus campanulatus, dein hemisphæcicus, obtusus (ut in meo) l. umbonatus (ut apud Auct. citatos) striatulus, junior atro - cyanus, dein violaceus, demum expallens lilacinus, 3—4 lin. latus. *Lamellæ* uncinato - adfixæ (indeque diversus ab *A. Batschii* et *chlorantho*, etiam a *polygrammo*) 2—4 natæ tenues albæ.

Pulcherrimus; sed *A. galericulati* progenies, licet *stipes* non *cæspitosus*, *gracilior eradicatus*, color diversus &c. *A. galericulato*, mycenarum proteo, sequentes etiam (e quibus tamen unus alterque pro distincto habendus, plurimi autem sunt meræ varietates, etiam formæ individuales) originem debent:

1. A. æstivalis. *Pers. syn. p.* 378. (*nova syn, Hall. helv. n.* 2388, *cum syn. vet. Schaeff. t.* 52. *f.* 7—9 *&c.*)

2. *A.* lævigatus P. *p.* 380 — *cujus forma minor.*

3. A. tenuis. *Sowerb. t.* 385. *f.* 5.

4. A. Adonis. *Sowerb. t.* 385. *f.* 3, 2.

5. A. fissus, *Schum. Saell.* II. *p* 301.

6. A. tenellus. *Schum. l. c. p.* 302.

7. A. villosus. *Schum. l. c. p.* 304.

8. A. matutinus. *Schum. l. c. p.* 304.

9. A. muscorum. *Schum. l. c. p.* 279.

10. A. fuliginarius. *Batsch. El. t.* 9. *f.* 40.

11. A. mamillaris. *Hoffm. nomencl. t.* 4. *f.* 1.

12. A. papillatus. *Ejusdem t.* 3. *f.* 2. *Schrad. spic. p.* 128. *Sequenti similis.*

13. A. atro-albus. *Bolt. t.* 137. — *Pers. syn. p.* 378.

14. A. pseudo-clypeatus. *Bolt. t.* 154.

15. A. tenuis. *Bolt. t.* 37, (*non exacte Sowerb.*)

16. A. pumilus, *Sowerb. t.* 385. *f.* 4. (*ni fallor A. galeric. var. γ. Pers. syn. p.* 377.)

17. A. proliferus. *Sowerb. t.* 169.

18. A. Myurus. *Hoffm. Veg. subt. p.* 5. *t.* 3.

19. A. conicus. *Willd. nec Huds.*

20. A. fistulosus. *Bull. t.* 518. (*excl. fig. H. P.*)

22. A. umbellifer. *Schaeff. t.* 309. *Pers. Com. p.* 122.

23 ? A. spinipes. *Sowerb. t.* 206 (*Stipes solidus delineatus.*)

24. ? A. rufipes et virgatus. *Pers. ic. et descr. t.* 1. *f.* 5., *t.* 6. *f.* 5.

25.? A. rubromarginat. — *Fries Obs.* 1. *p.* 42.

26. ? A. cucullatus et lacteus. *Pers.* —

27.? A. quercinus. *Schum. Saell.* II. *p.* 301. exacte similem legi in pariete molæ, aqua sæpe humectato, vere. Lamellæ secedentes.

Ex his speciei nomine digni 2, 13, 23, 24, 26 &c.

Conveniunt omnes: *Odore* nullo.

Stipitibus subcæspitosis fistulosis cylindricis siccis exsuccis lævibus rigidis, sursum glabris, deorsum radicatis strigoso-hirtis.

Pileo submembranaceo conico, dein cam-

panulato, etiam explanata subfisso, obsolete striato glabro.

Lamellis totis adnatis, denticulo tenui decurrente latiusculis 4natis, junioribus semper albis, dein griseis l. roſeis, sæpius distantibus venoso-connexis.

Descriptiones optimæ: *Pers. Obs.* 2. *p.* 57. *Swartz in Vet. ac. Handl.* 1808. *p.* 93.

Icones optimæ: *Schæff. t.* 52. *Sowerb. t.* 165. *et cit. Bulliardi.*

Affinis quidem; ſed procul dubio diverſus: *Ag. polygrammus.* Ad hunc pertinent:

Ag. fiſſus *Bolt. t.* 35.

Ag. fuſcipes *Schum. Saell.* II. *p.* 296.

A. galericulatus. *Schum. l. c. p.* 303.

A. funiculosus. *Schum. l. c. p.* 299 (*var.*)

Ne affinis quidem *A. pilosus.* I. *p.* 35, cujus lamellæ plane liberæ, (adnexas l. c. descripti lapſu calami). Est *A. filopes* Schum. Saell. II. p. 269.

128. AGARICUS *Adonis*, gregarius, pileo membranaceo campanulato albido, roſeo l. viridi lævi, lamellis uncinatis albido-roſeis, stipite elongato lævi glaberrimo eradicato.

A. Adonis, *Pers. syn. p.* 391. *Bull. t.* 560. *f.* 2.

Legi varietatem albido-roseam ad folia dejecta *Abietis*, *Novembri.*

Descr. Gregarius, numquam cæspitosus. *Stipes* fistulosus, 2 unc. et ultra, vix lin. crassus, cylindricus lævis glaberrimus, sæpius fragilis, albidus l. albido-roseus. *Pileus* membranaceus campanulatus obtusus, 3—4 lin. latus et altus, albido-incarnatus l. dilute roseus, lævis siccus glaberrimus. *Lamellæ* albidæ, interdum etiam roseæ, alternæ distantes distinctæ uncinato-adfixæ.

Variat colore viridi. *Pers. syn. l. c.*

Characteribus genuinis ægre a formis *A. galericulati* differt: sed habitus et color alienus, lamellæ magis uncinatæ, stipes glaberrimus et vix radicatus, pileus lævis &c. Ad *A. galericulatum* magis accedit *Sowerb. t.* 385. *f.* 2, 3.

AGARICUS *Zephirus*, gregarius, pileo submembranaceo campanulato, disco lævi, albido-incarnato, lamellis adfixis candidis, stipite crassiusculo sublilacino subsquamuloso, basi incurvo lanato.

Sat vulgaris ad terram in pinetis et fagetis, *Septembri.*

A. purpurascens Schrad. spic. p. 127. an ad *A. Uranium*, *Zephirum*, *roseum* (colore mutabili) l. *Schraderi* (n. sp.) pertineat, dijudicare nequeo.

Descr. Gregarius: non vero cæspitosus. *Stipes* fistulosus, $1\frac{1}{2}$—2 unc. longus, 2 lin. crassus, (quo charactere ab *A. uranio* differt), æqualis teres fragilis, sæpius totus albo squamosus, basi incurvus densissime albo-lanatus. *Color* dilute lilacinus, l. albido-incarnatus, etiam in *Pileo* disco læviter carnoso lævi, campanulato, dein dilatato, nunc obtuso, nunc late obtuseque umbonato, glabro tenaci, $\frac{1}{2}$—1 unciali, margine membranaceo striato. *Lamellæ* totæ adfixæ, denticulo tenui subdecurrente, 2—4natæ latiusculæ, basi sæpius venis connexæ, candidæ.

Nullo modo præter descriptionem, *A. galericulato* affinis. *Ag. roseo* (puro P.) et in specie *β. janthino* Batsch. proximus; sed multis differt notis.

130. AGARICUS *setipes*, solitarius, pileo membranaceo convexo obtuso fusco, lamellis decurrentibus stipiteque setaceo longissimo glabro griseis.

Bis tantum legi ad radices umbrofas montis fylvaticæ inter frutices *Rubi idæi. Septembri.*

Paradoxa fpecies. Forte *A. corticolæ* proximus.

Descr. *Stipes* $3\frac{1}{2}$—4 unc. longus, tenuiffimus fubsetaceus, hinc fere folidus, teres lævis glaber siccus fragilis grifeus. *Pileus* membranaceus convexus, etiam campanulato-convexus, obtufus leviter ftriatus glaber, interdum pruinatus, fuscus; 2—3 lin. latus. *Lamellæ* longiffime decurrenres, 2—4natæ, distinctæ fubdistantes grifeæ.

131. AGARICUS *lineatus*, fubfolitarius, pileo membranaceo campanulato obtufo lineato-striato flavefcente, lamellis adfixis albidis, stipite flavefcente sicco, deorfum albo-tomentofo.

A. lineatus. *Pers. syn. p.* 383. *Albert. et Schwein. p.* 193. *Bull. herb. t-* 522 *f.* 3.

Rariffime legi in fagetis umbrofis ad terram. *Aug. Septembri.*

Descr. Solitarius l. „gregarius". *Stipes* fistulofus, 2 unc. circiter longus, vix 1 lin.

craſſus, cylindricus ſubfirmus flaveſcens, lævis glaber; deorſum tomento ſubtili albo, ſæpius denſo, veſtitus. *Pileus* membranaceus campanulatus, dein hemisphæricus obtuſus, lineato-striatus glaber siccus opace flaveſcens, 3—5 lin. altus et latus. *Lamellæ* adfixæ 2—4 natæ distantes, nunc distinctæ, nunc venoſo-connexæ, albidæ.

A. diaphanum *Schum.* l. c. p. 286. legi in pinetis Sueciæ. *Novembri.*

132. AGARICUS *collariatus*, ſubſolitarius, pileo membranaceo ſubdiaphano convexo obtuſo ſulcato fuſceſcente, lamellis circa stipitem connatis albidis, stipite cineraſcenti ſicco glabro.

Synon. veterum dubia, *ad adnexionem lamellarum numquam attendentium.*

Inter folia dejecta abiegna, *Novembri.*

Descr. Habitus valde ignobilis: ſed Certi adſunt characteres. *A. eleganti* videtur proximus. Solitarius l. ſparſim gregarius. *Stipes* fiſtuloſus, 2—4 unc. longus; 1 lin. ſæpe craſſus, cylindricus lævis glaber ſubfragilis ſiccus, vivus cineraſcens, exſiccatus fuſcus contortus. *Pileus* membranaceus convexus ob-

tusus, etiam disco depressus, explanatus $\frac{3}{4}$—$1\frac{1}{2}$ unc. latus, glaber, totus sulcato-striatus l. lineatus, siccus dilute fuscescens. *Lamellæ* circa stipitem inter se et cum stipite totæ connatæ, distinctæ l. venoso-connexæ, distantes ånatæ, albidæ l. sordide flaventes.

Sequentes duo fungi dubiæ tribus sunt:

133. AGARICUS *trachilinus*, solitarius pileo membranaceo convexo obtuso fibrilloso fusco, lamellis adnatis crassis distantibus stipiteque fibrilloso subumbrinis.

Rarissime in umbrosis humidis; *Septembri* (15, 1815 3—4 legi specimina).

Descr. Solitarius. *Stipes* leviter fistulosus, uncialis et ultra, cylindricus filiformis, totus albido-squamulo-fibrillosus, tenax, fuscus l. umbrinus. *Pileus* vere membranaceus convexus obtusus, 3—4 lin. latus, fibrillosus l. squamuloso-villosus, nunquam striatus, fuscus. *Lamellæ* adfixæ alternæ paucæ crassiusculæ distinctæ distantes latiusculæ fuscæ l. umbrinæ, margine tenuissime serrulatæ,

134. AGARICUS *clandestinus*, subsolitarius, pileo submembranaceo hemisphærico umbonato striatulo livido-fusco, lamellis subadnatis umbrino-cinnamomeis, stipite livido-fusco glabro, basi pubescente.

Sæpe quidem legi; sed semper parce, in cryptis aliisque locis absconditis ad *Femsjö*, *Aug. Septembri*.

Descr. Solitarius l, duo l. tres gregarii. *Stipes* fistulosus, 1—1½ unc. longus, 1 lin. crassus, cylindricus firmus lævis glaber, basi subpubescens, livido-fuscus. *Pileus* membranaceus, disco obsolete carnosus, hemisphæricus, dein explanatus umbonatus, etiam circa umbonem depressus, ½ unc. l. parum ultra latus, margine vivus striatulus, umbrinus l, livido-fuscus; exsiccatus habitus sæpe parum sericeus. *Lamellæ* juniores adfixæ dilute umbrinæ, dein secedentes cinnamomeo-fuscæ, 4natæ distantes latiusculæ.

Trib. IV. *Pratelloidei.* Inodori, exsucci. *Lamellæ* pulvisque seminalis croceæ, ochraceæ l. ferrugineæ.

H. l. *A. hypnôrum*, *elongatus*, *carpophilus*, *tener*, *pilosellus*, *melinoides* &c,

135. AGARICUS *elegans*, subsolitarius, pileo membranaceo campanulato striato livescente-flavo, lamellis adnexis croceis, stipite sublivido lævi basi villoso radicato.

A. elegans. *Pers. syn. p.* 391. *Alb. et Schwein. t. c. p.* 391.

A, foeniculaceus et congener, *Schum. Sæll.* II. *p.* 287, 288.

β. Ag. plicatus. *Fl. Dan. t.* 1009 *f.* 3.

Legi in umbrosis roridis, inter *Vaccin. Myrtill.* et folia pinea, ad radicem Monticuli (*Håstbagberget*) prope Femsjö. *Autumno.* Eodem loco legi *A. clandestinum*, *lineatum*, *subalut.*, *setip.* &c.

Descr. Solitarius, raro gregarius. *Stipes* fistulosus, 1½—3 unc. longus, 1 lin. circiter crassus, cylindricus rectus firmulus sublividus pallide cinerascenti-fuscus; lævis glaber, basi albo- l. aurantio-strigosus radicatus exsuccus, *Pileus* membranaceus campanulatus obtusus, dein explanatus obtuse umbonatus, striatus glaber, ½—1 unc. latus, subregula-

ris; pallide lividus et, præcipue prope marginem, flavefcens. *Lamellæ* leviter adfixæ et attenuatæ, leviter distantes distinctæ alternæ adfcendentes eleganter croceæ, margine obfcuriores; nunc fulvo-croceæ, nunc purpurafcentes; nunc etiam ad latera purpureo-cærfiæ et „cinereo-virefcentes".

Proximus *A. crocato*; fi odor, quem tamen in meo non annotavi, adfit, ad A. graveolentes referendus.

136. AGARICUS *filigineus*, pileo membranaceo campanulato-convexo striato opace ochraceo, lamellis rotundato-adfixæ, stipiteque toto albo-pulverulento flavis.

Sub filicibus, locis umbrofis roridis, raro; fed magna, ubi crescit, copia, *Augusto.*

Descr. Differt ab *A. pilofello*, cui affinis, pileo glabro, stipite pulverulento, fubstantia firmiori. Sparfus l. gregarius. *Stipes* fistulofus, 2—3 unc, longus, 1 lin. craffus, cylindricus fubfirmus flavus; nec striatus, nec villofus; fed pulvere albo fubtili undique confperfus. — Variat stipite fragili. *Pileus* membranaceus campanulatus, dein explanatus

subconvexus, striatus glaber siccus subfragilis, 3—4 lin. altus et latus, flavo-ochraceus. *Caro* in disco interdum adest; tenuissima, concolor. *Lamellæ* rotundato-adfixæ 4natæ distinctæ, nec distantes, aquose flavæ.

β. truncisedus; pileo subcarnoso unciali umbrino, lamellis umbrino-helvolis, stipitis basi pilosi, farina albo-cinerascenti.

Ad truncos *fagi* in umbrosis,

137. AGARICUS *melinoides*, pileo subcarnoso hemisphærico-explanato ochraceo expallescente, margine striato, lamellis adfixis planis, stipiteque lævi glabro concoloribus.

A. melinoides. *Pers. syn. p.* 387. *Bull. t.* 560. *f.* 1. *ad partem, sec. Persoon. Schum. Saell. p.* 282.

Frequens in pratis, autumno, Cum affinibus vulgo confunditur. Etiam variabilis et forte non differunt: *A. Cort. mycenoides.* fr., *A. circumseptus* Batsch, *A. pumilus.* Pers. p. 317., *A. pusillus.* Schæff. t. 203., *A. lacrimalis.* Batsch, El. f. 7. 8.

Descr. (ex specim. Novembri lectis). Sparsus l, gregarius. *Stipes* fistulosus, 2 unc. circiter longus, 1—2 lin. crassus, cylindri-

cus tenax lævis glaber ochraceo-flavus. *Pileus* leviter carnofus fubmembranaceus hemisphæricus, dein explanatus obtufus, etiam depresfus, ½ uncialis, glaber ochraceus, exficcatus pallefcens, margine striatus. *Lamellæ* adfixæ planæ latiusculæ bafi craffiores 2—4natæ, vix confertæ, fubvenofo-connexæ, obfcure ochraceæ l. cinnamomeæ,

Fungum exficcatum forte defcripsit *Schum. l. c.*

138. AGARICUS *inquilinus*, pileo fubcarnofo convexo explanato striatulo flavo-ochraceo, lamellis totis adnatis fubconvexis fufcefcenti-ochraceis, stipite brevi glabro fpadiceo fusco.

In Filicibus dejectis et ligno putrido fagineo, *Aug. Septembri.*

Descr. Subgregarius. *Stipes* fistulofus, uncialis l. parum ultra, cylindricus lævis glaber fubfragilis fubfuscus, furfum dilutior, bafi fere nigrefcens, tomento expanfo fæpe innatus, fi epixylus fit. *Pileus* fubcarnofus convexus, dein planus, obtufus lævis glaber, 3—5 lin. latus; pallide flavus (in filicibus) l. fordide ochraceus, exficcatus cinnamomeus, margine striatus. *Lamellæ* totæ adfixæ alternæ latæ

ſubdistinctæ obſcure-ochraceæ l. leviter fuſceſcentes, indeque cum Pratellis patet affinitas.

β, phacidius, pileo ſubmembranaceo umbonato striato ſubtestaceo, lamellis rotundatis, stipite pileo concolore baſi pubeſcente.

Ad truncos fagineos vetustos, raro, An hujus loci? *Pileus* exſiccatus ſubcroceus.

V. P R A T E L L A.

Trib. I. *Mycenoidei. Pileus* est ſubmembranaceus campanulatus. *Lamellæ* ſubliberæ, *pulvere ſeminali roſeo. Stipes* nudus.

Obs. An potius Mycenæ? In multis etiam, ex. gr, *A. polygrammo, galericulato* &c. lamellæ pulverulentæ, paſſim roſeæ &c.

H. l. *A. pascuus, fuligineus, conocephalus Bull., molliusculus* Sowerb, &c.

139. AGARICUS *hirtipes*, pileo ſubmembranaceo hemiſphærico livido-fusco stria-

to, lamellis ſubadnexis obovatis roſeis, stipite lævi filiformi, deorſum pubeſcente.

A. hirtipes. *Schum, Sæll.* 11. *p.* 272.

Ad radicem montis umbroſæ, cum *A. eleganti* legi. *Sept. Octobri.*

Descr. Solitarius, raro gregarius, *Stipes* fistuloſus, $2\frac{1}{2}$—4 unc. longus, ſubfiliformis, deorſum leviter incraſſatus ſubradicatus villoſus, ceterum lævis glaber lividus l. fuſceſcens. *Pileus* ſubmembranaceus, vix carnoſus, conico-explanatus hemisphæricus obtuſus leviter striatus glaber, 4—6 lin. et ultra latus, lividus l. fuſceſcens. *Lamellæ* obovatæ atenuato-adnexæ 2—4natæ roſeæ.

Differt Cel. SCHUMACHERI fungus: magnitudine, stipite magis pubeſcente &c.

140. AGARICUS *majalis*, cæſpitoſus, pileo ſubcarnoſo campanulato-convexo læviusculo irregulari ſubcinnamomeo, lamellis liberis crenatis roſeis, stipite fistuloſo tortili striato, baſi albo-tomentoſo.

In ſilvis abiegnis muscoſis, *Majo*, rarior.

Descr. *Stipites* 5—8 baſi connato-cæſpitoſi, fistuloſi, 3—4 unc, longi, 2—3 lin.

crassi, deorsum leviter incrassati albo-tomentosi, subcompressi tortiles striati subfibrosi albidi, *Pileus* leviter carnosus submembranaceus, campanulatus dein convexus subumbonatus, ochraceo-helvolus l. subcinnamomeus, explanatus $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$ unc. latus, subfragilis glaber lævis, margine demum rimosus repandus; striæ diversicolores (sed non depressi) pileum interdum variegatum reddunt. *Lamellæ* liberæ, carne pilei multo latiores, 4—12natæ, crenatæ, pileo dilutiores, pulvere seminali roseo copioso.

A. albipedem Schum. l. c. p. 286 legi ad radicem *Alni glutinosæ*; sed varietas est, ni fallor, *A. fuliginei.*

141. AGARICUS *campanulatus*, pileo submembranaceo campanulato obtuso lævi brunneo, lamellis liberis subferrugineis, stipite lævi brunneo-cinereo subannulato.

A. campanulatus. *Pers. syn.* p. 426. *Bull. t.* 552 *f.* 1.

Rarum hunc gallicum fungum legi in silva frondosa prope Femsjö *d.* 1. *Aug.* 1815.

Descr. Stipes fistulosus, 3—4 unc. longus, 1—2 lin. crassus, cylindricus lævis gla-

ber brunneo-cinerascens, apicem versus subdilutior fugaciter annulatus. *Pileus* submembranaceus campanulatus obtusus lævis glaber uncialis badius l, brunneus; demum margine striatulus. *Lamellæ* liberæ semiobovatæ confertæ 3—4 lin, latæ dilute ferrugineo-brunneæ,

Transit colore lamellarum et stipite non exacte nudo ad sequentem tribum.

Ag. campanulatus Linn, *quoad descr.* (synonyma enim et ad Mycenas et Coprinos pertinet; adeoque omnino dubia est *A. varius* Bolt. l. affinis species. Reliqui Fungi Linnæani ad Coprinos vulgo relati esse mihi videntur.

A. exstinctorius — *A. Amanita.* Schum.

Ag, fimetarius Linn. — *A. picaceus Bull.* Synonyma exclud. et ad *A. comatum* spectant.

A, separatus. Linn. — *A. semiovatus* P. et Auct., sed nomina, nunc recepta, mutanda non sunt.

Agaricus titubans ad hanc sectionem pertinere videtur,

Trib. II. *Coprinoidei.* *Pileus* est subcarnosus (membranaceus in *A. gracili*); *Lamellæ* fuscæ, violaceæ l, nigricantes; *pulvere* seminali obscuro. *Stipes* sæpe cortinatus, fibrillosus l. pulverulentus &c,

Obs. *A. polytrichi* l. p. 51. (*exclus. syn. Batsch.*) est *A. subcernuus.* Schum, *Lamellæ* in fungo rite explicato eleganter atræ. An *Lepiota?*

142. AGARICUS *montanus*, pileo subcarnoso convexo obtuso lævi subspadiceo, lamellis adnatis nigro-fuscis, stipite brevi lævi glaberrimo, apice subpruinato,

A, montanus. *Pers. Obs. Myc.* 1. *p.* 9.

Ericeta elatiora montosa in *Hallandia*, *Smolandia* &c, passim incolit, primo vere (*Majo*) et autumno (*Oct. Novembri*).

Descr. Solitarius l. gregarius. *Stipes* fistulosus, æqualis l. deorsum leviter attenuatus, uncialis et infra, vix lin. crassus, teres tenax lævis glaber subspadiceus, apice dilutior. *Pileus* leviter carnosus convexo obtusus, disco fere planus, 2--3 lin. latus, glaber lævis subspadiceus l. brunneus exsiccatus subalutaceus. *Caro* alutacea. *Lamellæ* totæ adnexæ, den-

ticulo decurrente, alternæ planæ latæ semiovatæ distinctæ, umbrinæ l. purpurascenti-nigræ.

Distincta species est. *A. mont.* β *xylarius l. p.* 53. Verus *A. montanus* A. campanulato proximus *Ag. atro-rufum Schæff.* t. 234 (nec Bolt.), omnibus partibus duplo licet majorem, hujus potissimum esse varietatem suspicor.

Variat *Stipite* apice pulverulento, lamellis subdecurrentibus, qualem legi in nemorosis silvarum, foliis dejectis betulinis innascentem *d.* 27 *Jul.* 1815.

143. AGARICUS *nucisedus*, pileo subcarnoso convexo obsolete umbonato lævi flavescente, lamellis adfixis fusco-nebulosis stipite mediocri glabro uudo.

In calycibus dejectis *Fagi*, rarissime, *Autumno.* Medius inter *A. montanum* et *ericæum.*

Descr. *Stipites* gregarii l. subcæspitosi, 2 unc. longi, 1 lin. vix crassi, fistulosi cylindrici subfragiles læves glabri, nec pulverulenti, deorsum præcipue fuscescentes. *Pileus* subcarnosus convexus obsolete papillatus, etiam obtusus, lævis glaber flavescens, demum pul-

vere feminali confperfus, 3—5 lin. latus. *Lamellæ* totæ adnatæ fusco-nebulofæ latiusculæ, margine albicantes, quod in priori vix vidi.

144. AGARICUS *ericæus*, pileo carnofo convexo obtufo luteo-fulvo nitente, lamellis adnexis nigris, stipite elongato nudo tenaci flavefcente.

A. ericæus. *Pers. syn. p.* 413.

Pulcherrima hæc fpecies copiofe crescit in campis fubhumidis agri Femfionenfis (*ex. gr. vid Bäckån nedanför Byns såquarn*). *Aug.* — *Octobri.*

Ag. helvolus *Schæff. t.* 210. hujus quidem loci videtur; fed lamellis liberis, forma pilei &c. tantum recedit, ut vix sit citandus.

Descr. Gregarius, etiam fubcæspitofus; raro folitarius. *Stipes* junior lineatus (h. e. intus linea alba farcta perforatus), mox fistulofus, 3—4 unc. longus, 1 lin. l. parum ultra craffus cylindricus tenax lævis glaber flavus l. luteus, basi radicatus albo villofus. *Pileus* carnofus hemisphæricus l. convexus obtufus (in nostro faltim), tenax lævis glaber fic-

cus, pulcherrime luteo- l. ferrugineo-fulvus fulgens, 1—1½ unc. latus, disco demum plano. *Caro* flavescens. *Lamellae* totae adfixae, cum l. absque denticulo decurrente, distantes, distinctae 3—4 lin. latae, nigrae, margine albae, pruinosae; pruina detrita subolivaceae.

Huic valde affines.

1. A. ~~nitidus;~~ *Pers. syn. p.* 413. (etiam hunc locis subhumidis legi.)

2. A. sarcocephalus. *Fries Obs. Myc.* 1. *p.* 51.

Obs. A. tenax. *Fr. l. c. p.* 55. Adde synonymon:

A. clypeatus. *Bolt. t.* 57. *et ind. univ.* - *excluf. omnib. syn.*

Valde distinctus ab omni *Ag. fascicularis* varietate.

145. AGARICUS *semilanceatus*, pileo subcarnoso conico acuto sicco flavo, lamellis adscendentibus adfixis purpurascenti - nigris, stipite elongato subnudo.

Ag. semiglobatus. *Sowerb. t.* 240. *f.* 1—3. (*stipes modo obsolete annulatus*).

In silvaticis locis graminosis juxta vias haud frequens. *Aug. Sept.*

Descr. Habitus et color exacte *A. semiglobati*, forma sequentis. Subgregarius. *Stipes* fistulosus, 2—3 unc. longus, 1 lin. crassus, æqualis teres, sæpe flexuosus, *tenax* lævis glaber, flavus unicolor l. deorsum olivaceus. In meo nec annulatus, nec pulverulentus, *Pileus* leviter carnosus, acute conicus, explanatus uncialis; lævis glaber subsiccus flavus. *Lamellæ* purpureo-nigræ totæ adfixæ alternæ, apice latiores.

A. semiglobatus, pileo carnoso hemisphærico obtuso subviscoso flavo, lamellis planis adfixis nigro-nebulosis planis, stipite annulato, apice atro-punctato. *Pers. Swartz l. c. p.* 203. — *Batsch. f.* 110. (*optime.*)

A. glutinosus. *Curt. Lond. t.* 144.

A. præcox. *Schum. Sæll.* 11. *p.* 315, (sed A. æstivalis. *Schum. l. c. p.* 259. mihi est var. *A. præcocis* — et A. semiglobosus. *l. c. p.* 351. *A. corrugi* proximus).

Ab *A. semiglobato* etiam diversus, A stercorarius. *Schum. l. c.*, quam novam speciem etiam in Suecia legi.

146. AGARICUS *callofus*, pileo fubcarnofo conico sicco lævi albo, lamellis adfcendentibus adnatis nigro-nebulofis, stipite tenaci albido nudo.

β. A. confertus. *Bolt*, *t*. 18,

Maximam copiam legi loco graminofo ad viam in silva Femsionensi *d*. 6 *Oct*. 1815.

Descr. Gregarius, *Stipes* fistulofus, 3—4 unc. longus, fubfiliformis radicatus, tenacissimus et omnino callofus, fubflexuofus lævis glaber albidus, exsiccatus interdum striatus; demum e pulvere feminali inquinatus. *Pileus* leviter carnofus conicus, demum latiffime umbonatus; lævis glaber siccus tenax, numquam deliquescens, 5—6 lin. albus, 2—4 latus, explanatus uncialis, albidus; etiam alutaceus l. cinnereus, præfertim in disco; margine obfolete striatus. *Caro* tenuissima alba. *Lamellæ* lateraliter adfixæ adfcendentes 2—4natæ, breviores angustiores, distinctæ nigro-nebulofæ; pulvere feminali nigro detrito albidæ,

Hujus, ni fallor, varietas est. *A. confertus* Bolt. e loco in vaporariis, pileo campanulato, stipitibus cæspitofis &c,

147. AGARICUS *fibrillosus*, gregarius, pileo submembranaceo convexo, dein explanato albido, lamellis adnatis purpurascenti-nigricantibus, stipite elongato albo fibrilloso-squamuloso.

A. fibrillosus. *Pers. syn.* p. 424. (*fungum adultum describit.*)

Inter folia decidua betulina; locis umbrosis humidis, haud frequens. *Augusto. Septembri.*

Descr. Gsegarius, totus fragilis. *Stipes* fistulosus, 3—4 unc. longus, 2—3 lin. crassus, cylindricus, totus fere squamulis villoso-fasciculatis albis, dein e pulvere seminali nigris, obsitus, albus, *Pileus* submembranaceus obtusus, junior convexus albus, dein planiusculus sordide albidus l. lividus, diaphanus glaber lævis; sed e lamellis translucentibus quasi nigro-striatus, uncialis et ultra. *Lamellæ* totæ fere adnatæ, alternæ, planæ, prope stipitem, ubi latissimæ, 3—5 lin. latæ, breviores angustiores, primo cinereo-, dein purpurascenti-nigricantes nebulosæ.

β. *dendrophilus*, pileo campanulato squamuloso, stipite curvato adscendente.

In truncis *Betulæ* dejectis, (*Hallanäs bage.*) *Aug.*

Pileus 5—6 lin. altus, 4—5 lin. latus, plane exstrius; sed squamis albis fibrillosis stipitis instar, vestitus,

148. AGARICUS *candollianus*, cæspitosus, pileo subcarnoso campanulato-explanato glabro albido, lamellis rotundato-adfixis violaceis decolorantibus, stipite albo subfibrilloso, cortina fimbriante. (pag. falsa)

A. appendiculatus. *Bull. t.* 397. *Schum. Sæll.* 11. *p.* 302. (*non* Sowerb.)

A. mutabilis. *Fl. Dan. t.* 774. (*bene*).

A. spadiceo-griseus, *Schum. Sæll.* 11. *p.* 303. *forte*, *sed habitus magis A. stipati.*

A. violaceo-lamellatus. *Decand. syn. p.* 31.

Ad terram in fagetis; fine *Septembri* et *Octobri*, copiose.

Vero diversus ab *A. stipato. t. p.* 48. videtur, præcipue lamellarum colore, pilei enim et *cortina* in utroque variant.

Descr. Cæspitosus, raro solitarius. *Stipites* fistulosi, basi tantum, ubi connati et sæpe leviter bulbosi, farcti, 3 unc. circiter longi, 2—4 lin. crassi, subæqualis fragiles læves fi-

brillosi albi, apice striati. *Pileus* leviter carnosus obtusus, junior, ut bene SCHUMACHER, glandiformis subspadiceus, dein campanulatus ochraceo-albidus, demum explanato-difformis albidus, 2—4 uncialis, lævis glaber fragilis; margine cortina alba l. fuscescente fimbriatus. *Caro* tenuis alba. *Lamellæ* leviter rotundato-adfixæ, etiam secedentes, distinctæ confertæ, eleganter violaceæ, juniores margine albidæ, dein subspadiceæ.

A. limbatus, Holmsk. ambigit inter hunc et *A. corrugatum*, cui tamen propius accedere videtur.

Hac occasione plures describere tempus non vacat. Nonuullas autem Fl. Suec. Novitias paucis nominabo:

1. *A. gracilis.* Pers. *A. diffus. Batsch. l. c. f.* 111. *p.* 143.

In nemoribus sub Filicibus &c.

2. *A. corrugis.* Pers. *A. subatrat. et carbon. Batsch. l. c. p.* 103 107. *f.* 89, 91.

3. *A. varius.* P. — *Bolt. t.* 66. *eximie.*

Utraque species in terra fimetaria crescit.

4. *A. fimicola.* P.

Cum prioribus. *Majo.*

5. *A. foenisecii.* P. — *ic. et descript. t.* 11. *f.* 1.

In pratis, pascuis.

6. *A. papilionaceus.* Pers. — *Ag. varius* Eiusd. ic. et descr. 2. p. 40. — *Bull. t.* 561. *f.* 2.

Rarior; sed frequens est.

β. A. equinus — A. carbon. Batsch. El. t. 2. *f.* 6.

In fimetosis &c.]

γ. stillaris, guttulis rutilis in stipite fusco, pileo brunneo exsiccato isabellino, lamellis leviter adnatis.

In umbrosis. *Aestate.*

7. *A. velutinus.* P. — *A. macrourus* Abbild. Schwämm. — *A. pyrotrichus* Holmsk. 11. p. 63. t. 35. — forte *lacrymabundus* Bull. t. 194. *Sowerb. t.* 41.

Ad truncorum radices inter gramina. (Dufhult, *Septembri*).

VI. COPRINUS.

149. AGARICUS *picaceus*, pileo campanulato albido; in ſquamas latas demum rupto, lamellis nigricantibus, stipite longiſſimo nudo attenuato.

A. picaceus. *Pers. syn. p.* 397. *Sowerb. fung. t.* 170. *Bull. t.* 206.

In fimetosis, umbrosis inter hortorum rejectamenta, rarior.

Descr. *Stipes* fistuloſus, ſurſum attenuatus, 3—4 lin. craſſus, 4—6 unc. longus, teres lævis glaber fragilis nudus albus. *Pileus* ſubmembranaceus, junior ovatus, mox campanulatus; demum explanatus, obtusus fugaciſſimus glaber albidus, in ſquamas latas irregulares ruptus; margine rimoſus, demum revolutus et deliqueſcens, 1½—2 unc. latus. *Lamellæ* liberæ adſcendentes 4natæ confertæ latæ umbrino-nigreſcentes, cum pileo diffluentes.

Obs. Omnes fero Auctores *A. fimetarium* Linn. ad *A. comatum*, l. *plicatum* retulerunt, male. Potius *A. picaceo* affinis. E descriptione vero luculenter patet, LINNÆUM in descr. faltim intellexisse A. cinereum. *Schæff.*

150. AGARICUS *Boltonii*, pileo fubcarnofo convexo umbonato viscoso flavo; lamellis fubadnatis flavidis decolorantibus, stipite attenuato nudo glabro luteolo.

A. Boltonii. *Pers. syn. p.* 114.

A. flavidus. *Bolt. t.* 149. *Sowerb. t.* 96.

In humidis prope Bergqvara in Smolandia, *Junio* legi.

Obs. An *Coprini* l. *Pratellæ* fpecies? Quoad icones ad Pratellas retulissem ob affinitatem cum *A. titubante*, quem nondum legi, et lamellas non nigras; fed meus fungus faltim totus diffluit. Ceterum icones citatas exacte quadrat, parum tantum major. Substantia carnofa etiam dissolvitur, et in margine pileus est membranaceus.

151. AGARICUS *caudatus*, pileo membranaceo campanulato fusco, lamellis nigricantibus adnatis, margine incarnato-roseis, stipite longissimo nudo albido radicato.

Inter rejectamenta hortorum prope *Lundam*: in horto Botanico &c. Etiam in *Smolandia*. *Octob*, *Novembri*.

Descr. *Stipes* fistulosus, 3—5 unc. longus, 2 lin. crassus, strictus, subfirmus cylindricus, semper nudus, lævis glaber l. obsolete fibrillosus albidus, radice longissima attenuata glabra auctus. *Pileus* submembranaceus campanulatus obtusus, fuscus l. spadiceus depallens, glaber, disco lævis, margine striatus demum fissus et deliquescens. *Lamellæ* aquose-cinereæ l. nigricantes, margine roseæ, 4natæ distinctæ subdistantes, 3 lin. circiter latæ, totæ adnexæ.

Novitiæ Fl. Suecicæ:

1. A. pullatus. *Bolt. fung. t.* 20.

Frequens in fimetis Smolandiæ. Diversa videtur ab *A. cinereo* species. — *Dec. Febr. Augusto.*

2. A strictus. *Pers. syn. p.* 399.

Ad truncos salicinos Scaniæ. Mihi varietas *A. plicati* (Sowerb. t. 183!), ut etiam

A. atramentarius. Bull. et Schum., *A. tuberculosus* Schum. *A. oblitteratus* Schum. &c. Est enim hæc inter species Coprinorum maxime mutabilis.

3. A. niveus. *Pers. syn. p.* 400. *Schum. Sæll.* II. *p.* 351.

Passim in fimo. Proximus *A. cinereo.*

4. A. radiatus. *Pers. l. c. p.* 407. *cum syn.*

Passim in fimo vaccino in silvaticis, æstate.

SERIES SECUNDA (VII – IX).

(pileo depresso Hinc. *Omphalomyces.* Batt.)

VII. GALORRHEUS.

Sect. I. *margine pilei tomentoso involuto.*

Obs. Dixi sectionem, nec tribum, primam; omnes enim Galorrhei sunt tantummodo Tribus ex familia *Gymnopi.* Valet etiam hoc de *Russulis*, *Omphaliis* carnosis &c.

152. AGARICUS *aspideus*, pileo umbilicato viscoso flavo, lamellis dilutioribus, fractis carneque purpurascentibus, stipite scrobiculato viscoso.

Rarissime, mense *Augusto*, in silvis frondosis nemorosis.

Descr. *Stipes* cavus, 2 unc. longus, ½ unc. et ultra crassus, cylindricus subfragilis luteus viscosus, basi leviter pubescens; sursum obsolete scrobiculatus et maculis obscurioribus notatus. *Pileus* carnosus planus depressus, medio sæpe acute umbonatus; absque villo adglutinato, viscoscus flavus, 2—4 unc. nec latior adhuc observatus, marginem involutum tomentosum versus fibrillosus. *Caro* pilei stipitisque alba, fracta purpurascens. *Lac* album, siccatum purpurascit. *Lamellæ* adfixæ, 4—8natæ, breviores rotundatæ, albidæ fractæ violacco-purpurascentes.

Synonymon MICHELII, a beat. SCOPOLIO ad *A. intermedium* mihi, relatum, etiam huc refere potuissem. BATARRÆ vero syn; ab Eodem allatum, ad neutrum sine dubio spectat. (*Obs.* Errore typographico legitur t. *N.* loco A:)

Nova notabilisque species est:

A. planus, pileo plano sicco testaceo-cinnamomeo, lamellis subluteis; lacte albo; stipite solido pileo concolori.

A. planus. *Schum. Sæll.* II. *p.* 346.

In pineto Sællandia legit Cel. Prof. SCHUMACHER.

Sect. IIda. *margine pilei glabro.*

153. AGARICUS *argematus*, albus, pileo plano subdepresso, margine patente glabro, lamellis ex-albo-sanguineo-lactescentibus, stipite glabro.

Fungus piperatus, albus, parvus, lactescens &c. *n.* 3. *Mich. Gen. p.* 141.

In silvis abiegnis, locis umbrosis subhumidis, rarissime. *Aug. Julio.*

Descr. Stipes farctus, uncialis, 4—5 lin. crassus, æqualis teres lævis glaber subfragilis et, ut fungus totus, albus. *Pileus* carnosus planus leviter depressus, 1 unc. latus, lævis, tactus interdum incarnatus, rigidulus, margine patente glaberrimo. *Caro* alba immutabilis, vix lactescens. *Lac* album; dein sanguineum. *Lamellæ* adnexæ confertæ tenues („densissimæ, perangustæ," *Mich. l. c.*)

Fungus esculentus, piperatus, totus albus &c. *Mich. l. c.* videtur *A. pergamenus* Swartz — ut etiam Agaricus &c. *Gled. meth. p.* 98. *a.*, licet ſynonymon *A*, *argemati* attulit.

Omphalomyces albus. *Batt. p.* 36. *t.* XII. E. *A. argematum* bene refert et certe hujus loci, niſi Omphalia; de lacte enim nulla in deſcriptione fit mentio.

154. AGARICUS *uvidus*; pileo viscoſo azono incarnato-livido l. fuſcescente, lamellis albidis ex-albo-lilacino-lacteſcentibus, stipite pallido.

A. livido-rubeſcens. *Batſch, El. Cont.* II, *p.* 51. *f.* 202.

A. acris. *β. Albert. et Schwein. l. c. p.* 210.

A. niveo-griseus, viscidus &c. *Gled. meth. fung. p.* 103. *d.* (*hujus certe forma*).

Habitat in graminosis nemorosis humidis, circa Femsjö vulgaris. *Aug. Oct.*

Distincta, procul dubio, ſpecies.

Descr. Stipes cavus, 1—2 unc. longus, 3—6 lin. craſſus, cylindricus lævis glaber, basi pubeſcens, fragilis pallidus. *Pileus* car-

nosus, plus minusve depressus l. infundibuliformis, etiam planus, $1\frac{1}{2}$—3 unc. latus, lævis glaber azonus, semper viscosus; margine inflexo dein patente. *Color* varius; pallidus, albido-incarnatus, griseus, sæpius lividus, disco flavente, interdum subfuscus, ut in icone Batschii. *Caro* alba decolorans. *Lamellæ* albæ totæ adnatæ l. leviter decurrentes confertæ. *Lac* album, dein cum lamellis carneque fractis obscure lilacinum.

In *A. acri* pileus semper siccus fuliginosus, lac demum crocatum, lamellæ ochraceæ &c,

155. AGARICUS *hysginus*. inodorus, pileo umbilicato lævi viscoso l. nitido subcarneo, lamellis adnatis, stipite glaberrimo incarnato maculato.

Variis muscosis circa Femsjö legi ex. gr. in pratis depressis muscosis, ad latera viarum arenosa, in pinetis &c, *Aug. Septembri*

Valde distincta species - forte tamen *A. ruber* nonnullorum ad hunc pertinet. Ab sequentibus in omni statu distinctus: pileo viscoso l. e glutine exsiccato nitido.

Descr. Stipes cavus, 1—3 unc. deorsum subattenuatus, $\frac{1}{2}$ unc. circiter crassus, sæpe

radicatus et curvatus, teres glaberrimus fragilis albido-incarnatus, furfum maculis obfcurioribus variegatus; intus albus, *Pileus* carnofus convexo planus, femper umbilicatus, lævis glaber, aut vifcofus aut ficcus nitidus carneus azonus, 2—3 unc. latus, margine deflexo pallidiori. *Caro* alba, vix lactefcens. *Lamellæ* totæ adfixæ, 4—8natæ, fubconfertæ fubarcuatæ lacteæ parcé lactefcentes. *Lac* album immutabile. *Sapor* acerrimus.

Ad *A. blennium* I. p. 60. (ubi loc. t. VI. leg. t. V. — et fyn. *Ag. trivialit* plane deleatur) certe pertinet *A. curtipes* Schum. et *A. viridis*. Schrad. fpic. 123.

Obs. *Ag. ruber* verus Perfoonii; exclus. fyn. SCHÆFFERI, differt diagnosi: inodorus acris, pileo depreffo fubfquamofo sicco opaco ochraceo-rubro, lamellis adnatis ochraceis, stipite rubefcente fubpruinato, bafi villofo. Hic raro in pinetis Smolandiæ occurit et nullo modo est *A. ruber* Vet Ac. Handl. 1808. p. 211., quem etiam legi et nova videtur fpecies (*A. rufus Scop.*) faltim ab *A. fubdulfis* acri varietate (*A. rubefcente* Schrad. fpic. p. 124) diverfa.

E contrario *A. ruber* Trattin. Essb. Schw. p. 89, t. N. est varietas *A. testacei* Swartz., qui primus hunc *l. c.* ab *A. ichorato* Batsch. optime distinxit. Vereor quoque, ne huic nimis affinis sit *Ag. lactifluus* Schæff, t. 5. *A. fulvens.* Batsch. El. p. 43), quem iterum depinxit *Mayer in Essb. Schwämme t.* 1. *f.* 3. *a*, *b.*

156. AGARICUS *glycyosmus*; odorus; pileo planiusculo subsquamoso pallide incarnato rufescente, lamellis lutescentibus opacis; stipite griseo-incarnato.

In silvaticis, haud infrequens.

Descr. Stipes farctus, 1—2 unc. longus; crass. pennæ anserinæ et ultra, sæpe excentricus, l~~ævis~~ glaber, deorsum pubescens griceo-incarnatus l. varie rufescenti-pallidus. *Pileus* carnosus planiusculus, nonnumquam depressus, 1—2 unc: latus, firmus subglaber, demum vero squamulosus, incarnato- l. cinerascenti-rufescens pallidus azonus, margine ut plurimum patente. *Lamellæ* adfixæ 4—8natæ confertæ flaventes, demum ochraceæ. *Odor* fortis dulcis, nec ingratus.

Colore et odore distinguendus ab *A. ci-*

micario et *subdulci*, a quibus etiam habitu omnino recedit.

VIII. RUSSULA.

157. AGARICUS (*Russula*) *consobrinus*, pileo depresso cinerascenti, margine lævi - lamellis distinctis, nonnullis dimidiatis, stipite mediocri candidis.

In silvis abiegnis densis. *Julio*. *Augusto*. *Septembri*.

Descr. *Stipes* totus spongiosus, 1—3 uncialis, æqualis teres (*cylindricum* dico tantum stipitem fistulosum æqualem rectum teretem) lævis glaber albus, *Pileus* carnosus depressus totus lævis glaber siccus l. humidus fragilis. *Caro* alba. *Lamellæ* totæ adfixæ, plures dimidiatæ, distinctæ subconfertæ albæ.

Distinguitur: colore, lamellis distinctis confertioribus, pileo lævi, stipite toto spongioso. Vix tamen satis distincta species; omnes enim *Rusulæ*, si a *R. foetente* vera BUL-

LIARDI disceſſeris, valde mihi videntur ſuſpectæ. Vidi quoque colorem pilei rubrum in album et ochroleucum permutari; hinc ſectiones a colore lamellarum petendæ.

Formæ notabiliores *Ruſſulæ conſobrinæ* ſunt.

α. umbrina, pileo umbrino l. olivaceo, major.

A. olivaceus- *Schum. Sæll.* II. *p.* 246. *nec Pers.*

β. griſea, medius, pileo cinereo l. griſeo.

γ. liveſcens, minor, pileo cinereo-livido.

Amanita 2374. y. *Hall, Helv. p.* 161.

A. liveſcens. *Batsch. El.* I. *p.* 53. *f.* 67.

IX. OMPHALIA.

*. *Carnosi.*

Sect. I. pileo flaveſcente, rubro, ſpadiceo et pallido.

158. AGARICUS *binopicus*, pileo carnosulo umbilicato glabro subcinnabarrino, lamellis decurrentibus candidis, stipite solido æquali rubro.

Locis humidis in silvaticis, *Junio*, raro.

Descr. Solitarius l. gregarius. *Stipes* solidus, uncialis, 1—2 lin. crassus, æqualis; sed basi fibrillæ radicales cum particulis heterogeneis bulbum sæpe formant, teres lævis glaber, pileo subconcolor. *Pileus* leviter carnosus plano-convexus umbilicatus orbicularis carneo-cinnabarinus, exsiccatus expallens, lævis glaber, 1—1½ unc. nec. ultra; margine primo inflexo, dein deflexo, demum interdum irregulari. *Lamellæ* leviter decurrentes, inæquales, carne pilei latiores, candidæ.

Ag. tursosus *Sowerb. t.* 210 hujus videtur status expallens.

159. AGARICUS *squamulosus*, pileo carnoso infundibuliformi furfuraceo-squamuloso sordide alutaceo, lamellis albidis, stipite solido subbulboso.

A. squamulosus. *Pers. syn. p.* 449.

In pinetis, æstate et initio autumni.

Descr. Stipes solidus, 1½ unc. longus, deorsum incrassatus, basi subbulbosus, tenax

elasticus glaber, nunc lævis nunc fibrillofus, basi leviter villofus. *Pileus* carnofus infundibuliformis, margine reflexo, disco non gibbo, fordide alutaceus, pallidus l. gilvus, furfuraceo- l. villofo-fquamulofus, tenax flaccidus, 1—1½ unc. latus. *Caro* alba. *Lamellæ* decurrentes, 4natæ, carne pilei latiores, -albidæ.

Var. β. *rufo-cinnamomeam* Alb. et Schwein. paffim etiam apud nos legi - Magis differt: γ. *fimius*, pileo fubcarnofo plano cano-alutaceo fquamulofo, stipite fubfiftulofo fuscefcente tenui æquali. Qui in silvis Femsionensibus vulgaris; fed non distinguo, cum neque habitus, neque fubstantia differant. Et probe notandum: *Ag. pileolarium*, *gilvum*, *flaccidum* et *gibbum* quoad colorem pilei magnopere ludere et hinc fpecies caute effe distinguendas. Cel. SCHUMACHER plurimos novos descripsit, quos nullo modo distinguere, ab *gibbo* et *flaccido* in fpecie, possum. *Ex. gr. Ag. ferrugineus*, *pallidus*, *crucibuli f.*, *limbatus*, *fubcyathus*, *convexus*, *in-*

fundibuliformis, *circinans*, *cornucopioides* &c. *). Sed valde elegans et distinctus est.

A. venustus. *Schum. Sæll.* II. *n.* 1818.

Ag. neptuneus. *Batsch. El. Cont.* I. *p.* 161. *t.* 23. *f.* 118 in horto Femsionensi menſe MARTIO a me lectus. Ejus, ut videtur, licet a me non obſervata, varietas est *Ag. alutaceus* Batsch. l. c. p. 163. f. 119.

---

160. AGARICUS *turundus*, pileo ſubcarnoſo depreſſo luteo cinereo-ſquamuloſo, lamellis albido-flavis, stipite fistuloſo elongato fulvo nitido.

Rarior in silvaticis graminosis post pluvias æstivales.

Descr. Solitarius. *Stipes* fistuloſus; 2—3 unc., æqualis, craſſit. pennæ corvinæ, teres rigidus lævis glaber fulvo-rutilus, basi tenuis-

---

*) *Conf. tamen præf. de determ. ſpecierum.*

ſime pubeſcens. *Pileus* leviter carnoſus, $\frac{1}{2}$—1 unc. latus, umbilicatus, junior convexus, dein totus depreſſus, luteus (vulgo, ſed perperam, aureus), cinereoſquamuloſus, margine ſæpe leviter undulatus *Lamellæ* decurrentes, 4natæ, alternæ breviſſimæ, distinctæ distantes luteo-albæ,

Pulchra notabilisque ſpecies; *A. dryophilo* nullo modo affinis — Ab *A. bello* etiam differt stipite elongato fulvo-rutilo, lamellis distinctis, loco &c. — Proximus, ut ominor *A. coccineo*?

161. AGARICUS *diatretus*, pileo leviter carnoſo plano glabro incarnato, ſicco albido, lamellis albis ſubdecurrentibus, stipite ſolido æquali.

Raro in pinetis, ſero autumno. (In ſilva Flahultensi prope Femsjö?)

Descr. *Stipes* ſolidus, $1\frac{1}{2}$ unc. longus, $1\frac{1}{2}$—2 lin. craſſus, æqualis teres firmus lævis glaber pallidus, basi pubeſcens. *Pileus* leviter carnoſus lævis glaber pallidus, humidus incarnatus, ſiccus albidus; planus, vix umbilicatus, tenax ſubflaccidus; margine patente læviſſimo regulari. *Caro* alba tenuis. *Lamellæ* leviter decurrentes 8natæ, carne pilei latiores, albæ.

Dubia aliquantulum species; cum habitus sit trivialis et nihilo tamen minus nullum affinem viderim fungum. Forte tamen cum *A. fragrante* comparandus; sed inodorus semper est. *Ag. fragrans* in pratis muscosis *Smolandiæ*, *Scaniæ* &c. vulgatissimus sero Autumno, ut *Octobri Novembri*. Variat colore flavido, fuscescente, livido et candido, qualem præcipue *Augusto* legi. *Odore* semper distinguitur.

Sect. 2. *pileo albo.*

162. AGARICUS *melizeus*, pileo carnoso subdepresso albo, lamellis luteis decurrentibus, stipite solido crassiusculo albo.

Amanita 2416. *Hall. Helv.* III. *p.* 168.

In silvis muscosis abiegnis, raro, (5. *Septembri* 1815).

Descr. *Stipes* solidus, uncialis, 3—4 lin. crassus, teres rectus mollis lævis glaber; albidus, deorsum subattenuatus. *Pileus* carnosus planiusculus, margine convexulo, demum depressus, mollis fragilis albus lævis subglaber; 2 unc. fere latus. *Caro* alba. *Lamel-*

læ longe decurrentes flavæ distantes distinctæ, alternæ breviores. *Odor* valde debilis, sed non distinctus.

Plane distinctus ab *Ag. chrysoleuco*, I, p. 77 descripto. Neque *A. mollis Bull.* t. 38. *A. melizeo*; sed *flaccido* affinis Synonymon HALLERI optime quadrat.

163. AGARICUS *Prunulus*, pileo carnoso planiusculo lacteo niveove, lamellis decurrentibus candidis, demum subincarnatis, stipite solido crasso attenuato.

A. Prunulus! *Pers. syn. p.* 457. *Schum, Sæll.* II, *p.* 308.

A. albellus. *Schæff. t.* 78.

Amanita 2344. *Hall. Helv.* III. *p.* 155. (*excl. syn. Schæff.*)

Fungus esculentus &c. n. 8. *Mich. Gen. p.* 145.

In silvis, tam pinetis, quam fagetis, frequens æstate et primo autumno.

Descr. Subgregarius, variabilis. *Stipes* solidus, 1—1½ unc. longus, 3—6 lin. crassus, nunc deorsum, nunc sursum attenuatus, albus teres glaber basi villosus, variat disformis, lævis l. striatulus. *Pileus* carnosus planiusculus, demum depressus, lacteus l. niveus, ni-

tens lævis glaber mollis fragilis siccus, nunc regularis, nunc excentricus subangulatus, nunc margine undulato et flexuoso, 2—4 unc. latus. *Caro* farinam recenter molitam redolens. *Lamellæ* longe decurrentes albæ confertæ, demum leviter incarnatæ.

Odor hujus speciei criterium. Descriptiones Auctorum nimis strictæ, hinc plures species distingui possent, quæ hujus meræ formæ. *Omphalomyces nanus albidus* Batt. p. 38. t. 16. F., ab HALLERO citatus, nostro multo minor et in descriptione omnis notas essentiales omittit, hinc vix citandus. Etiam a meo longe recedit syn. BATTARÆ ab HALLERO ad sequentem citatum.

β. *spodoides*; pileo convexo cinereo, lamellis tenuibus albis; stipite griseo-albo.

A. prunulus. *Scop. lF. Carn.* II. p. 437.

Agaricus e. *Gled. meth. p.* 111.

Amanita 2378, *Hall. Helv. p.* 162. (*citat Clusium*, *Bauhinum &c.*

Fungus esculentus &c. n. 2. *Mich. Gen. p.* 150.

Passim (1814) in silvaticis legi. Magis a priori differt, quam e descriptione crederes.

Pileum depressum, lamellasque rubentes numquam vidi. Forte distincta species; sed odor convenit.

Agaricus pallidus, *Sowerb. t.* 143. Prunuli forte varietas.

164. AGARICUS *fimbriatus*, difformis albidus, pileo subcarnoso demum infundibuliformi, margine eleganter sinuato lobatoque lamellis tenuibus adnatis, stipite solide brevissimo.

A. fimbriatus. *Bolt. fung. p. et t.* 61. (*optime!*)

Meum fungum legi in trunco fagineo putridissimo loco umbroso ad terram dejecto, *Aug.* (*Bökebergs* skog.)

Descr. Polymorphus, sæpe gregarius. raro cæspitosus. *Stipes* solidus, $\frac{1}{3}$—$\frac{3}{4}$ unc. longus, 2—5 lin. crassus, subæqualis teres subtenax lævis glaber; basi pubescens. Variat cavus, sursum l. deorsum attenuatus. *Pileus* subcarnosus, (nec ad membranaceas species pertinet), valde difformis, junior convexo-planus, demum infundibuliformis, sæpe excentricus, rarissime lateralis, lævis glaber subhumidus pallescenti-albus, margine in adul-

tis præcipue varie inciso; sinuoso lobatoque. *Caro* humida pallida, dein alba. *Lamellæ* adnatæ confertæ tenues; (sed carne pilei latiores,) 4—8natæ, albidæ, in pileo infundibuliformi obadscendentes et in lobis divergentes.

Eodem loco quidem crescit *A. lachnopus* Fr. sed toto coelo diversus.

*** *pileo nigrescente, fuliginoso, cinereo, livido aut subviolaceo.*

165. AGARICUS *cyathoides*, pileo subcarnoso infundibuliformi lævi glabro piceo-fusco, lamellis subdecurrentibus stipiteque farcto reticulato deorsum *incrassato* dilutioribus.

A. cyathoides. *Pers. syn. p.* 460. *Bolt. fung. IV. p. et t.* 145.

In fagetis, tam ad ligna putrida madida, quam ad terram locis humidis umbrosis. *Aug. Septembri.* Suum mense *Februar.* legit BOLTON.

Descr. Stipes farctus, 2—4 unc. longus, sursum laviter attenuatus, 3—4 lin. cras-

ſus, teres rectus firmus elasticus albidus l. fuligineus glaber, totus fibrillis fuscis reticulatus, basi ſæpius albido-villoſus et in epixylis incurvus. *Pileus* ſubcarnoſus, junior planus; mox plano-depreſſus, dein totus infundibuliformis l. obcampanulatus, lævis glaber, $1\frac{1}{4}$—3 unc. latus, tenax demum ſæpe undulato-ſinuoſus, *Color* variat piceus, umbrinus, fuscus et nigreſcenti-castaneus. *Caro* pallida. *Lamellæ* adnatæ, ob formam pilei decurrentes, ſemilanceolatæ ſubvenoſo-connexæ albidæ l. griſeæ.

β. purpuraſcens, pileo fusco-purpuraſcenti, stipite læviusculo.

A. purpureus. *Schum. Sæll.* II. *p.* 325.

Cum priori, paulo ſerius. Colore et structura fere præcedentis, cujus mera varietas.

Ag. aithopus Holmsk: beat. rur. Ot. II. p. 69. t. 41. stipite reticulato *A. cyathoid.* affinis; habitus vero cum *A. tardo* magis convenit. Vereor quoque, ne *A. cyathoid.* etiam *A. tardo* nimis ſit affinis.

166. AGARICUS *brumalis*, pileo ſubcarnoſo infundibuliformi lævi glabro griſeo-li-

vido fublutefcenti, lamellis decurrentibus, stipiteque cavo æquali lævi lividus.

A. obconicus. *Schum. Sæll.* II. *p.* 329?

A. cinerafcens. *Batsch. El. Cont.* 1. *p.* 125. *t.* 19. *f.* 101.?

In silvis abiegnis denſissimis fupra folia dejecta putrida. *Novembri.*

Descr. Stipes cavus æqualis, 2 unc. longus, 2 lin. circiter craffus, teres firmus lævis glaber pallefcens, pallide lividus l. fubgrifeus, basi incanus. *Pileus* leviter carnofus infundibuliformis, margine reflexus, lævis glaber grifeo-lividus, siccatus expallens magis lutefcens, uncialis. *Caro* concolor. *Lamellæ* decurrentes 2—4natæ distinctæ, apicem verfus latiores, lividæ.

Etiam *Ag. tardo* nimis affinis. Ad *A. tardum* certe pertinent *A. obcampanulatus*, *A. cyathiformis*, *A. umbrinus* Schum. Sæll. p. 329, 326, 281. *A.* vero *pyxidatus*, ut fupra monui, est *A. hypothejus* et *A. striatulus* l. c. p. 321. ad *A. olivaceo-album* potissimum pertinet.

Veterum fynonyma difficilius extricantur. *Fungum &c. Buxb. cent. IV. t. 5.* ad *A. hypothejum* haud dubius retuli. *Ag. epichytii* varietatem forte referret *t.* 3, *f.* 1. (Fungus infundibulum referens, palustris nigricans *l. c. p.* 2). Hujus notabilem nuper legi varietatem *y. craspediam*, pileo lævi 2—4 unciali sinuato lobatoque (*A. fimbriato* similis), lamellis Inis stipite cavo striatulo in truncis fagineis. *Ag. tardi* varietati minori proximus *Fungus infundibulum referens pastuorum* Buxb. l. c. p. 3, t. 3. f. 2.; colore enim differt ab *A. expallenti*, cui alias similis. MICHELIUS plurimos imperfecte descriptos, neminem delineatum, enumerat. Ex. gr. *p.* 149 inter fuliginofos n. 4, 5, 8. p. 151. inter bicolores n. 6. 16. 20 &c., quos determinare non aufus fum. F*ungus foliaceus et lamellatus, infundibuliformis, fusco-lividus* Vaill. par. t. 14. f. 1—3. *A. tardum* bene refert. BATTARA neminem, huc pertinentem, delineavit. HALLERUS unum aliumque defcripsit. Sub *Am. n.* 2359. p. 158. *A. olivaceo-album* et *hypothesum* confundere videtur. *Am. n.* 2449. p. 174 est *A. tardus*. Am. n. 2466 vide ad *Ag. metachroum*.

167. AGARICUS *vibecinus*, pileo membranaceo plano umbilicato confertiſſime striato griſeo-livido, lamellis adnatis stipiteque fistuloſo æquali griſeis.

In pratis muscosis cum *A. tardo*, *Novembri*.

Descr. Solitarius l. gregarius. *Stipes* fistuloſus, raro farctus, 2 unc. longus, $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$ lin. craſſus, æqualis teres griſeus lævis glaber, baſi pubeſcens. *Pileus* membranaceus, disco carnuloſus umbilicatus, planus, totus et confertiſſime striatus, glaber flaccidus ſubhumidus griseus, uncialis et ultra. *Lamellæ* adnatæ, leviter decurrentes, ad stipitem latiſſimæ, 4natæ confertæ distinctæ griseæ.

Exsiccatus pileus lividus. Vere et distincte nova; licet a nemine, ni fallor, descripta ſpecies.

168. AGARICUS *Oniscus*, pileo membranaceo depreſſo ſparſim striato griſeo-livido, lamellis adnatis stipiteque fistuloſo curvato lividis.

Ag. cespitoſus. *Bolt. Fung. t. 41. f. C. et ind. univ. — excl. omn. ſynon.*

In collibus montosis et ericetis elatioribus *Decembri* legi.

Descr. Gregarius numquam cæfpitofus. *Stipes* fistulofus uncialis, $1-1\frac{1}{2}$ lin. craffus, cylindricus lævis glaber, bafi pubefcens. Variat fæpe curvatus. *Pileus* membranaceus; vix disco carnulofus, junior convexus, mox planus, dein depreffus, fparfim striatus, glaber fubfragilis uncialis grifeo-lividus, margine interdum undulatus. *Lamellæ* adfixæ 4natæ distantes lividæ,

Cum *A. disformi* 1. p. 81 non confundendus. De cetero tamen dubia aliquantulum fpecies, a tempestate nivofa et hyemali forte permutata.

169. AGARICUS *metachrous*, A. dicolor. *Pers. Fries Obf.* 1. *p.* 80.

Am. 2466. *Hall. helv. p.* 177. *(var).*

β. mortofus, pileo cinereo-umbrino, lamellis adnato-decurrentibus, stipite folido, demum fubcompreffo.

In pinetis, locis montanis graminofis? *Aug. Sept.*

Obf. *Stipes* uncial., craff. pennæ gallinæ lævis glaber, *Pileus* fubcarnofus convexo-umbilicatus tenax, numquam expallens, $\frac{1}{2}-\frac{3}{4}$

unc. latus. *Lamellæ* non emarginatæ, confertæ griseo-albidæ.

Variat. β. γ. *Alb. et Schwein.* vix hujus loci.

170. AGARICUS *hirneolus*, canescens, pileo carnoso-membranaceo umbilicato lævi glabro lamellis decurrentibus, stipite farcto, apice albo-pulverulento.

A. ericetorum. *Schum. Sæll.* II. *p.* 329.

Rarius in graminosis muscosis. *Aug. Sept.*

Descr. Subgregarius, parvus. *Stipes* farctus, 1—1½ unc. longus æqualis, vix 1 lin. crassus, teres flexuosus l. rectus lævis glaber, apice albosquamulosus basi albidus subtiliter pubescenti-radicatus. *Pileus* leviter carnosus planus, dein depressus, margine subinflexo, lævissimus l. margine striatulus, glaber, 3—6 lin. latus, siccus, ut reliquæ partes, albido-canus. *Lamellæ* decurrentes subdistantes griseo-canæ.

Ag. valgus. *Schum. Sæll.* II. *p.* 329 est verus *A. ericetorum* oe. — Nec differt *Holmsk. ot.* II, *p.* 62. t. 34.

117. AGARICUS *incomtus*; pileo submembranaceo planiusculo umbilicato subfibrilloso-piloso griseo, margine striato, lamellis livido-flaventibus attenuato-adnatis, stipite fistuloso tereti obscure cinereo.

Fungus — n. 12. *Mich. Gen. p,* 151. (*nec. Hall. helv. n.* 2381.)

A. dicolor. β. l. γ. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 221.

Vere in paludibus profundis *Smolandiæ* inter *Sphagnum cuspidat.* &c. rarius.

Descr. Gregarius. *Stipes* fistulosus, $1\frac{1}{2}$—2 unc. longus, 1—2 lin. crassus, cylindricus spongioso-mollis, obscure cinereus l. griseus, superne lævis glaber, basi fibrillosus. *Pileus* submembranaceus, junior convexus umbilicatus, dein planiusculus, demum depressus, $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ unc. latus, griseus, pilis fibrillosis subnigricantibus virgatus, margine reflexo striato. *Lamellæ* attenuato-adfixæ latissimæ obovatæ alternæ sordide albidæ l. glaucescentes, dein livido-flaventes.

Fungus *Michelianus* nihil recedit, et vix *Albert*, et *Schwein.*; sed e probabilitate tantum huc retuli, cum imperfectæ sint descriptiones.

172. AGARICUS *affricatus*, pileo carnoso-membranaceo umbilicato squamulis pilosis cinereis, margine lævi, lamellis decurrentibus stipiteque fistuloso tereti cinerascenti.

A. tigrinus. *Alb. et Schwein. l. c. p.* 220 (*quoad locum natalem*).

Ad tuguriolam *Pappebo* in par. Femsjö copiose in paludibus muscosis umbrosis, *Junio*. (25, 1815).

Descr. Gregarius. *Stipes* fistulosus, uncialis, 1 lin. fere crassus, sursum leviter incrassatus; teres lævis glaber cinerascens. *Pileus* carnoso-membranaceus, profunde umbilicatus, margine deflexo, albidus l. griseo pallidus, squamulis adpressis pilosis cinereis l. nigricantibus, ceterum lævis, ½ unc. circiter latus. Variat totus infundibuliformis. *Lamellæ* longissime decurrentes, 2—4natæ griseæ.

Tute a priori lamellis et toto habitu distinguitur. *Habitus* fere *A. tigrini* Pers.; sed longe diversus substantia &c. — Cum hunc *tantum* in truncis arborum viderim, *A. tigrinum* Albert. et Schwein. ad *A. affricatum* pertinere suspicor. Neque *A. tigrinus* Schum.

Sæll. est verus, ſed ſpecies illi affinis. *A. lepideus* fr. — Veri ſynonyma ſunt:

Ag. tigrinus. *Pers. ſyn. p.* 458. *Bull. t.* 70. *Sow. t.* 68.

Agaricus — c. *Gled. Meth. p.* 131.!

Omphalomyces — *Batt. p.* 25. *t.* 12. *f. B*, *c.* ſed f. *A.* l. c. est alia valde affinis ſpecies, etiam a *Cel.* ACHARIO miſſa, ſcil. *A. tubæformis* Fl. Dan. t. 1428, Sow, t, 382. Schæff, t 248, 249. *El. ſerpentiformis* Batsch., cujus stipites steriles: *Clav. cornuta* Retz. Scand. et Fl. Dan. t. 405. *Ramar. ceratoid.* Holmsk. ot. l. p. 101 cum ic.

Ad eandem tribum quoque, pertinent *A. cochleatus* P. (A. intermed *Schum. l. c. p.* 361.) *A. dentatus* P. &c.; ſed horum ſynonyma, in quorum determinatatione delector, afferre tempus non vacat.

173. AGARICUS *parilis*, pileo carnoſo-membranaceo obſcure cano convexiusculo, umbilico villoſo, margine lævi, lamellis decurrentibus griſeis, stipite ſubfarcto nigricante-cinereo.

In silvis acerosis post pluvias æstivales (*Jul.*), rariſſime.

Descr. *Stipes* farctus, dein ſæpe cavus, 2 unc. circiter longus, 2 lin. craſſus, æqualis teres firmus lævis glaber obſcure, cinereus. *Pileus* leviter carnoſus, fere membranaceus, ſubconvexus late umbilicatus, cinereo-griſeus, expalleſcens canus, uncialis, umbilico villoſo, margine lævi glabro deflexo. *Lamellæ* decurrentes 4natæ latæ distinctæ griſeæ.

Synonyma nulla certa.

174. AGARICUS *atratus*, pileo ſubmembranaceo plano umbilicato lævi glabro nigro, lamellis adnato-decurrentibus albido-griſeis, stipite brevi glauco-nigricante.

A. nigrella. *Alb. et Schwein. l. c. p.* 222.

In silvaticis, locis præcipue deustis, ad terram. *Septembri.*

A. nigrella Pers. (varietas? l. diverſa ſpecies?) a meo differt stipite ſubcæſpitoſo, lamellis incarnatis (nota valde notabilis!)

Descr. *Stipes* fistuloſus, uncialis nec ultra, teres tenax glaber lævis (ſub lente ſæpe interrupte striatus) glauco-nigricans et fere concolor, ut apud *Alb.* et *Schwein.* l. c. *Pileus* leviter carnoſus ſubmembranaceus planiusculus umbilicatus marginem verſus convexus,

læviſſimus glaber ſubnitens piceo-niger interdum viscoſus, $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ unc. latus. *Caro* tenuis. Diu humectata quasi gelatinoſa. *Lamellæ* adfixæ leviter decurrentes 2—4natæ integerrimæ albidæ, dein cinereæ.

A. leptopremnus Holmsk. Ot. II. p. 66. t. 38 nostro fungo quidem ſimilis; ſed pileus granulatus videtur &c. An ſequentis varietas?

175. AGARICUS *ſerrulatus*, pileo carnoſo-membranaceo convexulo umbilicato ſubſquamoſo nigreſcente, lamellis ſubadfixis incarnato-pallidis, margine ſerrulatis nigris, stipite nigreſcenti, basi albido.

A. ſerrula. *Pers. syn.* p. 463. *Albert. et Schwein. l. c.* p. 222. α. et β.

A. coeruleus. *Schum. Sæll.* II. p. 296.

In collibus arenoſis graminoſis per totam æstatem et autumnum frequenter legi.

Descr. Gregarius. *Stipes* farctus, dein ſæpius cavus, 1—2 unc. longus, æqualis, craſſit. pennæ gallinæ, teretiusculus, etiam compreſſus, ſubfragilis lævis glaber coeruleo-nigreſcens, basi pubeſcens leviter incraſſatus albidus. Variat striatus. *Substantia* stipitis

ficca fibrofa, humectata fubgelatinofa. *Pileus* leviter carnofus, fere membranaceus umbilicatus, junior convexus, dein planus nigrefcens l. obfcure nigrefcenti-coeruleus, („fuliginofum", ut apud Cel. PERSOON, numquam vidi,) ½ unc. et ultra latus, ficcus, glaber et fæpe lævis, exficcatione vero fquamulofus l. corrugato-fericeus. *Lamellæ* adfixæ, nec decurrentes; fed potius leviffime emarginatæ l. rotundatæ, facile fecedentes, latæ distinctæ albidæ, margine *nigræ ferratæ*, pulvere feminali rofeo confperfæ, hinc pallide incarnatæ.

Distinctiffima fpecies variis licet valde affinis, ut *A. chalybeo* &c.; fed margine nigricante ferrato lamellarum ab omnibus distingvuntur hic et *A. Linkii*.

176, AGARICUS *Linkii*, pileo fubcarnofo hemisphærico griseo virgato, umbilico obfcuriori, lamellis adfixis albido-incarnatis, margine ferrulatis nigris, stipite folido ficco fumato-grifeo.

Ad truncos mufcofos *Fagi*, ad Balshult prope Femsjö *d.* 2, 13 *Sept.* 1815.

Descr. Solitarius. *Stipes* folidus, æqualis, 2—3 unc. longus, 1 lin. craffus, teres

lævis glaber ſiccus fragilis pallidus fumato-griſeus, baſi leviter incurvus et pubeſcens. *Pileus* leviter carnoſus ſemiglobatus, griſeus l. cinaraſcens, exsiccatus demumque caneſcens, umbilico depreſſo obſcuriori ſubnigricante, fibrillis adpreſſis obſcurioribus ſubtiliter virgatus; ½—1 unc. latus. *Caro* tenuis. *Lamellæ* planæ l. leviſſime adſcendentes totæ adfixæ, (vix tamen decurrentes,) 4 lin. latæ, alternæ distinctæ albido-incarnatæ; margine ſerrulatæ nigræ.

A. priori procul dubio distinctus nec in *Agar. callophyllum* P. quadrat.

**. *Pileo membranaceo.*

Sect. 1. *lamellis adnatis, vix decurrentibus.*

177. AGARICUS *cetratus*, pileo plano striato flavido, lamellis ſubadnatis pallidis; stipite fistuloſo elongato flaveſcente.

Inter folia faginea alibique, locis umbroſis roridis, rarior. *Aug. Sept.*

Neque affinem ſpeciem vidi, nec an ad *Omphalias*, *Pratell. Mycenas l. Gymnop*, per-

tineat certe determinare possum. Distinctissimam tamen esse, e descriptione patebit.

Descr. *Stipes* fistulosus, 3—5 unc. longus, 2 lin, crassus, cylindricus, valde fragilis, pallide flavescens; lævis glaber, basi albido-pubescens. *Pileus* membranaceus planus subumbilicatus; flavescens l. dilute ochraceus, 1—2 unc. latus, fragilis sulcatus glaber, margine patente undulato-crenulatus. *Lamellæ* juniores adfixæ, dein rotundatæ, fere liberæ, 4natæ subdistinctæ pallidæ.

178. AGARICUS *cestatus*, pileo carnuloso planiusculo lævi spadiceo-nigro, margine constricto lamellisque adnatis albis, stipite solido nigro sulcato.

In foliis putridis *Abietis* d. 20 Majo 1815 legit amic. FORSANDER.

Descr. Solitarius, minimus. *Stipes* solidus, $\frac{1}{2}$ unc. longus; subfiliformis, sursum leviter attenuatus, niger, intus albus, tenax glaberrimus profunde sulcatus, *Pileus* carnoso-membranaceus, $1\frac{1}{2}$ lin. latus, convexiusculus, disco plano obsolete depresso: lævis glaber spadiceo nigre (colore fere *Hydni auriscalp.*), margine albo constricto. *Lamellæ* leviter adfixæ tenues æquales candidæ.

Affinis *A. androsaceo*, sed certo certius distincta species.

Obs. Ex unico specimine descripsi. Exemplum observandum nec imitandum!

179. AGARICUS *pictus*, Fries. *Obs. Myc.* I. p. 83.

A. phiala. *Schum. Säll.* II. p. 297. (*exactissime!*)

In Cel. SCHUMACHERI fungus adest etiam membranula radicalis radiata, discus lutescens &c. — Variat lamellis flaventibus.

β. *concolor*, pileo unicolori, lamellis adnato-planis, membranula radicali obsoleta.

In fagetis ad terram, passim.

Obs. Synonymon BATSCHII, l. c. allatum, hunc potius refert. Cel. autem BATSCH *Agarico* suo *glandifero*, ex unico et nondum explicato specimine, adeoque non optime, descripto et depicto, lamellas liberas tribuit; pileo vero constricte dissecto et explicato, lamellas a stipite secedisse suspicor, inde factum esse, ut accuratissimus vir lamellas liberas perperam describeret.

Sect. 2. *lamellis longe decurrentibus.*

180. AGARICUS *ventosus*, pileo infundibuliformi testaceo-incarnato, margine striato, lamellis albido-incarnatis decurrentibus stipite fistuloso testaceo-incarnato.

In fagetis graminosis *Aug. Sept.* post pluvias.

Descr. Stipes fistulosus, 2—3 unc. longus, 1—2 lin. crassus, deorsum leviter incrassatus, fragilis lævis glaber pallens subtestaceo-incarnatus. *Pileus* submembranaceus infundibuliformis, 1 unc. circiter latus, testaceo-incarnatus glaber margine patente striato. *Lamellæ* 4—8natæ distinctæ subdistantes sordide albidæ l. incarnatæ, longe decurrentes.

Proxime quoad colorem *A. hepatico* 1. p. 86. accedit; sed magnitudine, pileo toto infundibuliformi stricto &c. facile distinctus.

181. AGARICUS *scyphiformis*, niveus, pileo infundibuliformi regulari lævi, lamellis decurrentibus subconfertis, stipite solido brevi subincurvo.

Agaricus — — g. *Gled. Meth. p.* 122.

Amanita scyphiformis minima. *Dill. Giss.* 184. *(e Gled.)*

Fungus — — n. 31. *Mich. Gen.* p, 146. *t.* 73. *f.* 6.

Legi in silvula *Hågnen*, in rupe humida inter muscos. *Sept.*

Minime cum *A. ericetorum*, lamellis crassis distantibus distincto, confundendus. Si a stipite breviori vix unciali, a loco forte incurvo, et colore discesseris, nihil differt ab *A. fibula*, cujus, ut suspicor, mera varietas, notabilis.

β. buccinalis, pileo stipiteque subflexuosis.

A. buccinalis. *Batsch. El. Cont.* 2. *p.* 25. *t.* 39, *f.* 214. *(diversissimus ab A. ditopo!)*

Ad terram nudam, raro.

Hæc forma est, quæ *A. buccinalem* ab *A. fibula* præcipue distinctum indicat.

Longe diversus est *A. buccinalls* Sow. t. 107; qui, pileo subcarnoso excepto, exacte est A. stellatus. *Fries Obs. Myc.* 1. *p.* 85. *(excl, syn. dubio Hoffm.)*.

SERIES TERTIA. (X)

(pileo excentrico l. laterali).

X. PLEUROPUS.

*. *pileo integro.*

182. AGARICUS *heteroclitus*, pileo plano-convexo flavo lævi glabro, lamellis latiſſimis obſcurioribus, stipite excentrico cortinato, baſi incraſſato.

Rariſſima ſpecies. Legi ad truncos vetustos betulinos, *Novembri.*

Descr. Solitarius, raro gregarius. *Stipes* ſolidus duriusculus firmus, 1—2 unc. longus, deorſum incraſſatus, ½ unc. et ultra craſſus, luteſcens lævis glaber; ſed apice e Cortina fibrilloſa fugaci et pulvere ſeminale inquinatus; intus lacte flavus. *Pileus* carnoſus convexus, dein explanatus, 3—4 unc. latus, fere orbicularis, licet stipes et hinc etiam discus pilei ſemper excentricus, flavus, disco obſcuriori, lævis glaber l. verſus marginem obſole-

te fibrillofus et coelo pluviofo fubviscofus. *Caro* craffa firma, cum stipite contigua, et hinc etiam vix Cortinariæ fpecies. *Lamellæ* truncato-adnexæ latiffimæ 4natæ integerrimæ distinctæ olivaceo-pallidæ; fed e pulvere feminali ferrugineæ l. cinnamomeæ.

Nulla affinis fpecies defcripta. Tertia hæc Agaricorum feries familiis primæ feriei parallela est. Sic *ex. gr. A. cortinatus*, (nuper frequenter lectus, 5 unc. latus). Lepiotis *A. heteroclitus* Cortinariis; *A. atrotomentofus* aliique Gymnop., *A. striatulus* Mycenis et *A. variabilis* Pratellis analogi funt.

183. AGARICUS *conchatus*, pileo difformi lævi glabro cinnamomeo-incarnato, lamellis decurrentibus integerrimis stipiteque brevi irregulari basi pubefcente.

A. conchatus. *Schrad. fpic. p.* 132. *Bull. herb. t.* 298.

A. inconstans. *β. Pers. syn. p.* 476.

Agaricum — — n. 18. *Mich. Gen. p.* 123. *t.* 65. *t.* 7.

Ad truncos vetustos *Populi*, copiofe ad Almus. *Aug. Sept.*

Descr. Gregarius, fubcæspitofus, interdum imbricatus. *Stipes* folidus, fubradicatus,

$\frac{1}{8}-\frac{1}{4}$ unc. longus, craffit. digiti minimi circiter, nunc teres, nunc compreffus, pallidus tenax firmus, basi connatus pubefcens. *Pilus* carnofus, valde excentricus et irregularis, raro lateralis, tenax fubodorus cinnamomeo-incarnatus, disco fæpe ochraceo, lævis glaber, raro fquamulofus, 2 unc. et ultra latus, margine involuto. *Caro* fubtenuis albida l. pallida. *Lamellæ* longe et lineatim parallelo-decurrentes, interdum ramofæ, non vero anastomofantes, ut in *A. ostreato*, pallidæ, albidæ l. incarnato-ochraceæ, inæquales, margine integerrimo; indeque ab *Ag. inconstanti* distinctus.

Capris cum fequenti in deliciis est.

Obf. *A. torulofus β.* 1. p. 94 est distincta fpecies; varietas major *A. carpinei* Schrad. fpic. p. 133., stipite excentrico.

---

* * *pileo dimidiato.*

184. AGARICUS *ferotinus*, cæspitofus, pileo carnofo compacto fubolivaceo l. flavente, margine involuto, lamellis adfixis, fubramo-

fis pallidis, stipite flavo fuligineo · squamulofo. 79

A. ferotinus. *Pers. syn. p.* 481. *Comm. p.* 101. *Abbild. d. Schwämme.* 3. *H. Schrad. fpic. p.* 140. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 229.

A. stiptici var. *Fl. Dan. t.* 1293. *f.* 2.

A. craffipes. *Plan. Erf. p.* 5.

A. alneus. *Schæff. p.* 63. *exclus. fyn. t.* 246. (*ad partem forte*). (*f.* 1. *tamen Scitzophyllum refert; t.* 3, 9. *atrocoeruleum. Conf.* 1. *p.* 95, 96).

Agaricus luteus viscidus mollis. *Buxb. Cent. V. t.* 2. *f.* 2.

Plura fyn, alio loco.

Satis frequens *Octobri*, *Novembri* et *Decembri*, ad truncos vetustos *Fagi*, *Betulæ*, *Sorbi* et *Alni.*

Pluribus locis quidem defcripta; fed adhuc imperfecte cognita est peculiaris hæc fpecies interdum *A. stipticum*, nunc *falignum*, nunc *ostratum* refert. Nunc integer, nunc dimidiatus. *Color* pilei variat olivaceus viridis, lutefcens l. fufcefcens margine ærugineo, et totus luteus; Etiam fuligine confperfus.

Descr. Cæſpitoſus imbricatus, totus carnoſus compactus. *Stipes* ſolidus, lateralis l. excentricus, unciam haud ſuperans, *etiam* ſubnullus, difformis, luteſcens, conſtanter punctis nigro-fuligineis ſquamuloſus, l. etiam Zona fuliginea a lamellis distinctus. *Crassit.* varia ſurſum ſæpe ½ unc. et ultra. *Pileus* gibboſo-convexus; ſed demum etiam planus et adſcendens, firmus, 1—3 unc. latus, obovatus l. reniformis, lævis glaber, nunc viscoſus, nunc ſiccus; margine juniorum conſtanter involutus, dein etiam repandus. *Lamellæ* adfixæ, nec decurrentes, quod tamen interdum crederes, cum pileus ſubtus planus baſi convexa, flavæ, interdum albidæ et rarisſime incarnatæ, rectæ, 4natæ, ſæpe ramoſæ, juniores confertiſſimæ et anguſtiſſimæ, demum 2 lin. et ultra latæ, margine concolori l. fuligineo-punctato. *Caro* alba, inſipida, in junioribus poſtice craſſiſſima, immutabilis, compacta, ſed mollis.

Synonyma *Boltonii*, *Schumacheri* &c. alio loco explicanda.

185. AGARICUS *pannoides*, ſolitarius luteus, pileo ſeſſili porrecto obovato glabro

sicco, lamellis subramosis crispatis decurrentibus.

Agaricum — n. 3. *Mich. Gen. p.* 123, *(non obstat.)*

Legi ad truncos abiegnos. *Jul.* *Sept.* raro.

Prioris quibusdam formis subsimilis; sed *A. nidulanti* magis mihi videtur affinis. Color totius fungi, $1\frac{1}{2}$ unc. circiter longi, luteus. iteratis observationibus edoctus sum in *A. nidulantem* P. non transire; sed forte ejus tamen, subspecies, ut dicunt; omnes enim *Pleuropodis* species sunt optime naturales et variabiles, quasi specierum promtuarium non ex habitu, sed secundum characteres distinguenti. Plurima afferre possem exempla; sed sequentia sufficiant.

1. *Ag. variabilis.* Pers. syn. p. 483. H. l. — Ag. violaceo-fulvens. *Pers. l. c. Batsch. El. f.* 39. *H. Dan*, 1073. *f.* 1. Ag. epigæus var. *α. Pers. l. c. p.* 484. *exclus. var.* — A. depluens. *Batsch. El. Cont.* 1. *f.* 122. Ag. sessilis. *Schum. Sæll.* 11. *p.* 366. nec multum differt *A. byssisedus* Pers. l. c. p. 482.: sed pulcra et genuina species est *Fl.*

Dan. t. 1552. *f.* 2. — Veterum, ut omittam. Distinctus tamen est.

AGARICUS *Sowerbei*, minutus albus, pileo carnoſo convexo ſubinvoluto villoſo, lamellis decurrentibus, stipite breviſſimo ſolido.

A. pubeſcens. *Sowerb. t.* 321. *exclus. ſyn.*

Ad ramulos in Anglia. *Lamellæ* ex habitu non decolorantes. Pulcher.

2. *A. ostreatus.* Pers. ſyn. p. 477. Schum. Sæll. p. 362, 363. (*Ag. ostreatus, crispatus et reticulatus*).

3. *A. mitis.* — Pileo castaneo: *A. laccatus.* Schultz. Storg.

186. AGARICUS *mastrucatus*, cæspitoſus, pileo ſeſſili bicarnoſo obovato ſquamoſo murino-griſeo, lamellis pallidioribus.

A. echinatus. *Sowerb. t.* 99. (*major, lamellis in puncto excentrico concurrentibus; sed certe hujus loci.*)

Ad truncos putridus fagineos — copioſe legi *d.* 29. *Sept.* 1815.

Longo alia ſpecies est *A. echinatus* Gunner. — Roth. — Pers. — Albert. et Schwein.

et quamvis sæpe, nunquam nisi gravissimis rationibus nomina mutatus sum,

Descr. Cæspitosus, subimbricatus, sessilis, *Pilei* carnosi, convexo plani linguæformes l. obovati, molles flaccidi, 1—3 unciales, murini l. grisei, squamis confertis suberectis, et hinc echinatis, concoloribus vestiti, margine integro involuto. *Caro* inodora dupplex: *superior* ½ lin. crassa et ultra, valde gelatinosa et et pileo concolor, *inferior* crassior dilutior, cum lamellis cohærens. *Lamellæ* ad basin pilei sessilis decurrentes, 4natæ integerrimæ albido-griseæ.

Ag. bicarnosus. Schum. l. c. p. 197. (ut etiam *A. beryllus* et *viride marginatus* l. c. p. 254, 261,) est forma *A. æruginosi* P., ut mihi videtur. —

Ab *A. mastrucato* differt *A. atrocoeruleus*: forma, habitu, colore pilei lamellarumque, pileo lævi sericeo-villoso, loco &c.; sed ob substantiam nimis affines.

187. AGARICUS *porrigens*, imbricatus candidus, pileo sessili adscendente flaccido, basi porrecta, margine involuto, lamellis tenuibus decurrentibus.

A. porrigens: *Pers. syn. p.* 480. *Obs. Myc. l. p.* 54. *Albert. et Schwein.* p. 230.

A. abietinus. *Schrad. spic. p.* 134.

A. palmatus. *Schum. Sæll,* II. *p.* 362. (*pileo subsericeo* !)

In truncis *Pini silvestris* et *Abietis*, vulgatissimus in Smolandia. *Aug. Oct.*

Pileus non glaberrimus; fæpius faltim basi in adultis tomentofus!

Descr. Cæspitofus, imbricatus, fesfilis, candidus. *Pileus* leviter carnofus adfcendens fubauriformis furfum dilatatus, 1—4 uncialis, tenax flaccidus, demum lobatus undulatusque, lævis, junior deorfum pubefcens, raro glaber, dein tomentofus l. denudatus, interdum etiam totus fericeus, margine constanter tenui inflexo; bafi in stipitem porrecta; etiam omnino feffilis. *Caro* tenuis alba infipida. *Lamellæ* ad bafim decurrentes, juniores venofæ, femper confertæ, bafi fubdistantes, tenues inæquales integerrimæ, in pileo lobato divergentes.

Variat pileo iufundibuliformi, et fub truncis ad terram dejectis pileo refupinato, tomento adfixo —

188. AGARICUS *proboscideus*, gregarius ochraceus, pileo carnoso inverso, vertice stipitiformi porrecto, basi tomentoso lamellis in puncto excentrico concurrentibus.

A. resupinatus, pileo resupinato velato (?) vertice elongato stipitiformi. *Fl. Dan. t.* 1072.

In lignis pineis ad terram dejectis. Legi d. 30 Aug. in agro Femsionensi.

Descr. Gregarius, carnosus, ochraceus. *Stipes* nullus; sed *Pileus* irregularis resupinatus vertice porrectus stipitiformis, ut in *Polyp. betulino*, ½—1 unc. altus, nec tam latus pubescens lævis, basi tomentosus. *Velum* nullum observavi. *Lamellæ* in disco pilei depresso concavæ, concolores, inæquales, in puncto excentrico concurrentes.

189. AGARICUS *haustellaris*, pileo submembranaceo, reniformi villoso alutaceo-pallido, lamellis rotundato-adfixis fusco-cinnamomeis, stipite laterali apice attenuato albo.

A. flurstedtiensis. *Batsch. El. Cont.* 1. *p.* 171.

In ramis putridis *Populi tremulæ* dejectis, una cum *A. conchato*. *Sept. Octob.*

Descr. *Stipes* ſolidus brevis, 2—4 lin. longus, 1 lin. craſſus, deorſum incraſſatus ($1\frac{1}{2}$—3 lin.) ſubbulboſus, raro cavus, hinc fere conicus, teres villoſus albus, junior ſubadſcendens, dein rectus horizontalis lateralis. *Pileus* ſubmembranaceus tenuis planus reniformis, pallidus l. dilute helvolo-alutaceus, ſubflaccidus lævis, ſubtiliter villoſus, fere pellucidus, $\frac{1}{2}$—1 unc. latus. *Caro* tenuiſſima aquoſa flaventi-pallida. *Lamellæ* rotundatæ leviter adfixæ, pileo primo concolores, dein fusco-cinnamomeæ. *Pulvis* ſeminalis obſcurus.

Affinis et quoad formam ſimilis *A. stiptico* et *miti*, ſed ſtipite deorſum incraſſato multisque aliis notis primo obtuſus dignoſcendus. Hujus vero icon *Pers. Obs. Myc. l. t.* 5. *f.* 3. Lamellarum colore noſtro prope accedit. — *Descriptio A. flurstedt* non recedit ſed t. 124 peſſima et vix citanda mihi videtur.

MERULIUS. HALL.

CANTHARELLUS.

190. MERULIUS *pusillus*, gregarius minutus, pileo griseo subvilloso, plicis obsoletis cæsio canis, stipite solido cinerascenti.

Ad latera rupis umbrosæ subhumidæ in terra nuda. *Septembri.* (Hägnen prope Femsjö.)

Certe nova et ab omnibus distinctissima species Quantum tamen videre possum, *A. tubiformi* proxima.

Descr. Gregarius, nunquam cæspitosus. *Stipes* solidus, ½—1 unc. longus nec ultra, deorsum attenuatus, 1 lin. circiter crassus, teres subfragilis lævis glaber, rectus l. flexuosus, pallidus cinereo-griceus: variat æqualis, *Pileus* submembranaceus, junior turbinatus subinfundibuliformis, dein plano-concaviusculus, margine deflexo l. undulato-repando lobatoque, inæqualis villosus griseus, ⅓—½ unc. latus. *Caro* tenuis grisea. *Hyme-*

nium cæſio-carum l. glauceſcens corrugatum glabrum,

191. MERULIUS *violaceus*, gregarius violaceo-purpureus, pileo plano-infundibuliformi glabro, ſubtus venoſo-plicato, stipite ſolido.

M. violaceus. *Fl. Dan. t.* 655. *f.* 3.

Agar. purpureus. *Retz. Scand. p.* 313.

β. Merul. Ottonis. *Spreng. pug. l. p.* 66.

Rarum fungum ſero autumno; ſed fere destructum, in ſilvis *Sueciæ* legi.

Obs. Stipite ſolido ab omnibus affinibus diverſus. Bene in meum fungum quadrat deſcript. Cel. SPRENGELII.

***. *Steropa.*

192. MERULIUS *Merismoides*, effuſus ramuloſus ſubcarneus, ramulis plicato-rugoſis papillatisque.

Ad terram l. truncos, ſupra muscos, in fagetis, *Novembri.*

Descr. Effuſus ſubreſupinatus, muscos ambiens et incrustans, 2—4 unc. latus, ſub-

tus albidus villofus ramulis inæqualibus obtufis, apice l. ad latera rugofo-plicatis l. venofo-papillatis, numquam porofis. *Substantia* carnofo-aquofa,

Ut ISIDIUM *gonatodes* varietas, *Lecan. tartareæ*, vereor quoque, ne hic Merulius fit monstrofitus tantum *Mer. tremellosi* l. alius fpeciei; ab illo vero differt fubstantia carnofa plicisque femper rectis.

193. MERULIUS *crispus*, fubimbricatus difformis, pileo fubmembranaceo villofo rufefcente, margine plicisque dichotomis crispis albidis.

M. crispus. *Pers. syn*, p. 495. Ic. *et descr.* 2. p. 32. t. 8. f. 7. *Swartz. in Vet. Ac. Handl.* 1809 p. 179. *Albert. et Schwein. l. c.* p. 236.

M. fagineus. *Schrad. fpic.* p. 137.

Agaricus &c. *Buxb. Cent.* V. t. 7. f. 2.

Vulgatiffimus ad ramulos *Fagi*, *Betulæ*, *Alni*, *Sorbi*, *Coryli*, *Tiliæ* &c. *Octobri*, — *Februario*.

Variat feffilis et cupulæformis, vertice porrecto fubstipitiformi. Pileus albidus, rufefcens, fulvus &c,

Obs. Synonyma ſequentia ſunt.

Mer. æruginoſi. *Schum. Sæll.* 11. *p.* 371.

Agar. foliolum. *Afz. Obs. p.* 17. (*descr. tamen Merulii muscig.*).

Tremella orbicularis. *Retz. in. Vet. Ac. Handl.* 1769. *n.* 39.

Peziza æruginoſa. *Schum. Sæll.* 11. *p.* 430. *Fl. Dan. t.* 1200. *f.* 1. *et Auct.*

Thelephora viridis. *Alior.* (*mihi missa*).

Helvella æruginoſa. *Pers. syn. p.* 617. *Fl. Dan. t.* 534. *f.* 2.

Peziz. foliacea. *Holmsk. ot.* 11. *p.* 41. *t.* 23. (*var.*)

****. *Serpula.*

(Xylophagus, Link.)

194. MERULIUS *Porinoides*, reſupinatus, margine byſſino ſubfimbriato albo, plicis ſubporiformibus flavido - ſordidis,

β. thelephoroides, plicis pilæformibus.

In silvis abiegnis ad ramulos, ad terram dejectos, *Abietis*, *Betulæ et Alni.* Legi *Julio*, *Aug.*

Descr. Refupinatus, late et ambienti effufus, fubtenuis persistens; junior totus albus villofus, dein fordide flavus reticulato-venofus; finubus fubporiformibus rotundis linearibus flexuofisque; margine byffino villofo fubfimbriato albo.

195. MERULIUS *Himantioides*, refupinatus, fibrofo-radicatus, fubtus fibrofo-fericeus lilacino-incarnatus, plicis exaratis helvolo-ifabellinis.

Ad truncos dejectos pineos, latere inferiori.

Descr. Omnino fingularis et valde elegans fpecies, cui nulla affinis defcripta, nisi forte *Him. Domestica. Plicæ* non elevatæ; fed membrana e fulcis depreffis corrugata, breves et interruptæ. *Membrana* tenuissima latissima, a ligno cui adnafcitur radicibus himantioideis, rimas intrantibus, facile feparabilis, fubtus fibrofo radiata, margine byffino fimbriato albo. Reliqua in diagnosi attuli.

DÆDALEA. PERS.

196. DÆDALEA *abietina*, subimbricata suberoso-coriacea zonata tomentosa umbrina, dein glabrata nigricans, sinulis subrectis ramosis lamellatis cinereis.

Ag. abietinus. *Pers. syn. p.* 486. *Bull. t.* 442. *f.* 2. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 233.

A. asserculorum. *Schrad. spic. p.* 134.

Fungus abietinus? *Bromel. Chlor. Goth. p.* 34.

Haud frequens in Suecia ad truncos abiegnos vetustos.

Descr. dedit Cel. *Schrad. l. c.* — Vidi etiam speciinina in *Merulium umbrinum* Pers. Disp. meth. p. 26. exacte quadrantia; videtur igitur hujus varietas. Haud raro enim legi lamellis anastomosantibus; indeque, substantiam ut reticeam, veram esse Dædaleæ speciem patet. Substantia tamen maximi est momenti; si enim secundum lamellas reticulatas tantum determinarentur hæc genera, multi optimique Agarici, ut *A. involutus* &c., ad Dædaleas pertinerent, et versa vice, ut *D. abietina* &c. Ceterum nullo satis evidens differentia, sub-

stantia neglecta, *Meruliis* et *Dædaleis* intercederet. Sunt igitur Dædaleæ indigenæ.

A.) *Agaricoideæ*: D. quercina, betulina, abietina, sepiaria.

B.) *Genuinæ*; D. variegata, cinerea, saligna.

C.) *Boletoideæ*: D. gibbosa, mollis, albida, heteromorpha. His valde affinis *Polypor. latissimus*.

197. DÆDALEA *variegata*, imbricata coriarea, zonis glabris villosisque discoloribus variegata, sinulis elongatis flexuosis angustissimis albis.

Agaricum. — n. 20. *Mich. Gen. p.* 121.
In truncis dejectis fagineis. *Nov.*

Vera nova species, olim forte cum *Polyporo versicolori* commutata.

Descr. Minor; sed maxime cæspitosa, imbricato-connata. *Pilei* numerosissimi coriacei reniformes, ½ unc. lati, ½—1 unc. longi, zonati, zonis aliis depressis glabris cinereo-fuscis, aliis elevatis villosis, albidis l. canis, margine patente. Substantia suberosa tenuis flaccida alba. *Laminarum* tubuli carne latiores. *Sinuli* elongati perangusti difformes flexuosi albi, pauci poriformes.

198. DÆDALEA *saligna*; inodora sub-imbricata azona pubescens albida, sinutis disformibus, elongatis flexuocisssimis angustis albis.

Agaricum — n. 11. *Mich*, *gen. p.* 120.

In *salicibus* vetustis prope Lundam. *Februar.* et *Mart.* legi; sed rarissime.

Descr. Acaulis, subcæspitosa imbricata, odore vix distincto. *Pileus* suberosus leviter convexus dilatato-reniformis, 1 unc. circit. latus, pallidus albus azonus lævis pubescens; sed circa marginem elevatum tumidum strigosum depressus. *Substantia* suberosa tenuis molliuscula concolor. *Sinuli* albi angusti varii, plurimi elongati flexuosissimi subintricati, alii regulares punctiformes. *Laminæ* e pilei substantia; sed interdum disseparabiles.

Odore nullo et sinulorum forma diversa.

Male *Cl.* REBENTISCH, *Daed. suaveolensem* P. verum esse. *Boletum suav.* Linn. statuit. Illa nullibi in Suecia adhuc lecta; hic vero ubique vulgaris.

BOLETUS, DILL. FRIES.

(Suillus *Mich.*)

(Ceriomyces *Batt.*)

* *Stipite annulato.*

199. *Boletus luteus*, annulatus, pileo pulvinato viscido glabro, poris minutis rotundis luteis, stipite crasso subpunctato pallido. l. *p.* 109 *cum syn.*, *quibus addend.*

B. annulatus, decurrens et elegans. *Schum. Saell.* II. *p.* 373, 374.

B. volvatus. *Batsch. El*, *p.* 99.

B. annulatus. *Fl. Dan. t.* 1135. *Alb. et Schwein. l. c. p.* 238.

Bol. cortinatus. *Pers. syn. p.* 503.

B. flavus. *With. arr. IV. p.* 320.

B. annularius. Bolt. t. 169, 84. *fig. min. laterat.* (*media Bolet. sutoment !*).

B. luteus. *Sowerb. t.* 265.

Obs. Poris ſemper eleganter luteis, minutis æqualibus tute distinguitur hæc quoad colorem pilei variabilis ſpecies.

In Parte Imo p. 119. l. 1. lege: *Schæff, t.* 114.

---

* * * *Stipite ſquamuloſo.*

280. BOLETUS *erythropus*, pileo pulvinato fusco-umbrino tomentoſo, dein explanato fulvo glabro, poris minutis rubris carneque flavis coerulescentibus, stipite ſubæquali ſquamuloſo rubicundo.

B. erythropus. *Pers. ſyn. p.* 413. *Obſ. Myc. I. p.* 23.

B. cinnamomeus.? *Schum. Saell. p.* 387. *ſed caro immut. dicitur.*

Copioſe crevit anno præterito in fagetis ad Almås, Femsjö multisque locis, in quibus antea nunquam obſervavi. *Aug. Septemb.*

Descr. Gregarius. *Stipes* 3—4 unc. longus, ½ et ultra crasſus, deorſum leviter incrasſatus, nunc teres rectus, nunc ſubcompres-

ſus adſcendeus, durus glaber ſquamuloſus ſquamulis confertisſimis punctiformibus obſcu- rioribus perſiſtentibus, intus totus ſolidus fi- brilloſus rhabarbarino-flavus, disſectus mox coeruleſcens. *Pileus* junior pulvinatus com- pactus ſiccus tomentoſus fuſcus, olivaceus l. umbrinus, mox explanatus glaber mollis, coe- lo pluvioſo viſcoſus, magis magisque fulvur, diſco obſcurior ſubfuſcus, 3—9 unc. latus, margine tenui acuto, primo inflexo; ſubtus planus, primo totus ſanguineo-ruber, dein convexior flavo et rubro-varius. *Caro* flava ſordide coeruleſcens. *Tubuli* carne pilei ſub- æquales, juniores læte, dein ſordide flavi, fracti coeruleſcentes. *Pori* a ſtipite fere liberi minuti æquales ſanguineo-rubri, tacti obſcu- re coeruleſcentes, demumque nigricanti-oli- vacei. *Totus* demun deliqueſcit.

Talis ſemper meus fungus! Cel. PER- SOON in Comm. Schæff. p, 42, ad *A. ery. trop.* retulit *Bol. olivaceum* Schæff. (*B. lapi- dum*, *Gmel. Syn. Nat.* II. 2. *p.* 1434.) hic vero eſt *B. pachypus. Fr.*

Deſcriptionem accuratisſimam affinium; *B. luridi* et *B. rubeolaris*, vide in *Vet. Ac. Handl.* 1810, *p.* 5—7. Auct. SWARTZIO.

* * * * *Stipite reticulato.*

201. BOLETUS *rubiginosus*, pileo pulvinato molliusculo pubescente, mox glabro fusco-rubiginoso, carne porisque inæqualibus, albis immutabilibus, stipite reticulato pallido.

Bol. rubiginosus. *Retz. Scand.*

Suillus — n. 6. *Mich. Gen. p.* 127.

In fagetis post pluvias æstivales rarissime.

Descr. Sparsus. *Stipes* 2—3 unc. longus, 1 unc. fere crassus, sursum attenuatus carnosus firmus glaber, maxime reticulatus, junior albidus, dein flavescens, tactus subcincrascens l. olivaceo-flavescens. *Pileus* pulvinatus, 2—4 unc. — latus; junior pubescens mox glaberrimus, siccus fulvo-fuscus subrobiginosus, margine juniorum acuto reflexo, dein patente obtuso; subtus junior cavus dein planus. *Tubuli* carne pilei molli spongiosa alba immutabili breviores recti albi. *Pori* varii subrotundi l. inæquales; elongati l. angulati longitudine inæquales, albi immutabiles.

* * * * * *Stipite lævi.*

202. BOLETUS *castaneus*, pileo pulvinato subvilloso castaneo, carne alba porisque flaventibus immutabilibus, stipite mediocri lævi pileo subconcolori.

B. castaneus. *Pers. syn.* p. 509. *Bull. herb.* p. 324. t. 328. *Schum. Saell.* II. pag. 377.

Hunc, qui mihi var. a., in fageto legi d. 19. *Jul.* 1815, haud copiose.

Descr. Solitarius. *Stipes* 2—3 unc. longus, ½—1 unc. crassus, sursum subattenuassus, teres firmus, constanter lævissimus, pileo concolor l. parum dilutior. *Pileus* pulvinatus lævis siccus, villoso - pulverulentus l. glabratus, 2 unc. latus, castaneus, margine patente obtuso; subtus planiusculus. *Caro* alba l. immutabilis l. dissecta ad margines dilute lilacino - castanea. *Tubuli* carne pilei subæquales recti straminei. *Pori* iuniores albidi, dein straminei, demum flavi; æquales minuti subrotundi, in stipite non decurrentes.

Cel. SCHUMACHER ſuum fungum gregarium l. ſubcæſpitoſum, omnibusque partibus majorem deſcribit; ſed in meum exactisſime quadrat icon Bulliardiana.

β. Badius, pileo ſubferrugineo, carne ſubcærulescente, poris angulatis.

Forte distincta ſpecies: ſed ex unico a me viſo ſpacimine distinguere neque potui, neque debui.

Obs. Stipes 3—4 unc., ſubæqualis castaneo-fulvos l. virgatus. *Pileus* convexo-planus ferugineus, margine fulveſcens, diſco etiam castaneo, villoſus mollis ſiccus, 4—5 unc. — *Caro* craſſa mollis flaveſcens, fracta dilute coeruleſcens. *Tubuli pori*que mediocres ſubirregulares minute angulati alboflavi ſubmutabiles. Leg. *d.* 26 *Sept.* 1815.

203. BOLETUS *fulvidus*, pileo convexo duriusculo ſubfulvo, poris mediocribus carneque niveis immutabilibus, stipite læviſſimo æquali, intus ſpongioſo farcto.

Suillus — — *Mich. Gen. p.* 127: !

Eximiam ſpeciem in pratis, ſageto vicinis, rarisſime legi *Septembri*.

Tandem inventa eſt *B. cyaneſcenti* affinis ſpecies, cum qua hic facilem et naturalem tri-

bum efficit, ab omnibus distinctam: *Stipite* intus fpongiofo farcto, apice fragili! Poris femper rotundis niveis, a stipite plane liberis! Utinam Mycologi femper ad tales affinitates attendiffent.

Descr. Solitarius. *Stipes* 1½—2 unc. longus, ½ unc. et ultra crasfus, æqualis l. bafi attenuatus, lævisfimus glaber duriufculus, apice tamen fragilis albidus, ceterum pallide fulvus; intus albus femper immutabilis, medulla craffa fpongiofa farctus, demum cavus, inter Boletos rarius quid? *Pileus* carnofus convexus fubpulvinatus, glaber l. pasfim pulverulento-villofus, læuis, duriufculus, ficcus, fulvus, 2—3 unc. latus, margine patente, e poris valde prominentibus obtufo. *Caro* compacta; fed haud craffa, nivea, femper immutabilis, compreffa fuccum aqueum fundens; nunquam ne minimum qvidem coerulefcens, quin potius femel flavefcens vifa. *Tubuli* elongati, (carne pilei fæpius longiores,) mollisfimi, facillime fecedentes, nivei et a stipite plane liberi. *Pori* mediocres rotundi nivei constanter immutabiles.

204. Methodum nostram Boletos fecundum stipitem difponere mere artificialem vi-

deri, lubentisſime concedo; naturam vero et artem arctisſimo vinculo eſſe conjunctas e ſpecierum indigenarum dispoſitione patescere ſpero.

Sectio I. Stipite annulato. — Trib. I. *Annulati.*

1. *B. luteus* S. II. §. 199. B. annulat. et cortinat. P.)

2. *B. flavidus* I. §. 139. (*Hall. helv. n.* 2301. *p.* 145. *ob poros amplos, excl. ſyn. pract. Buxbaum.*)

Sect. 2. Sripite cortinato. — Trib. II. *Cortinati.*

3. *B. floccopus.* Fl. Dan. 1252. Bol. ciner. P. idem I. altera hujus tribus ſpecies.

Sect. 3. Stipite ſquamoſo. — Trib. III. *Aſperati.*

~~Sect.~~ 4. *B. ſcaber.* Bull. (B. bovinus *Wild.* et *Schæff.*)

B. convexus. *Retz. Scand.*

B. *melaleucus.* pileo ſtipeteqve plumoſo nigris poris candidis

In ſilvis abiegnis denſis.

~~Sect~~ 5. B. *aurantius.* Bull. — P.

α. B. rufus. Schæff. t. 103. B. canus *Batsch* aurant. *Sowerb.*

β. aurantius

γ. leucopodius. P.

Sect. 6. *B. chioneus.* I. §. 140.

β. aeruginеus, pileo stipiteque virescenti bus. — Affinis *B. procerus.* Bolt.

4—6 confluere videntur.

Sect. 7. *B. circinans.* P. B. bovinus. *Batsch.* B. inqvinans. Schrad.

Obs. Ut ex *scabro* 3 species, etiam ab hoc separari possent ex gr. *B. aureus, flavorufus* Schæff. t. 115, 123, 126. sed certe non bene.

Trib. IV. *Luridiscentes.*

* *erythrostomi.*

Sect. 8. *B. erythropus* P. II. §. 200.

Sect. 9. *B. rubeolarius.* Sow. — B. bovinus Bolt. t. 85. (male in *Comm. Schæff* ad B. edul. relatus.)

Sect. 4. Stipite reticulato. Reticulati.

10. *B. luridus. Schæff.* B. tuberosus. *Schrad.* B. subvescus *Gmel.* rubeolar. *Bull.*

* * *anthostomi.*

11. *B. pachybus.* I. §. 148. — mutab. *Schrad. excl. syn.!*

12. *B. calopus.* P. I. §. 149.

Forte melius conjungendi 8, 9 et 10, 11 et 12. — *Bo. mutabilis* Batsch est confusa species.

Trib. V. *Leucopori.*

* *subrofelli.*

13. *B. alutarius.* I. §. 145.

14. *B. felleus* Bull. I. §. 144.

* * *substraminei.*

15. *B. rubiginosus.* II. §. 201. (pori constanter albi.)

16. *B. edulis.* Bull. t. 60 &c. — B. bulbosus *Schæff.*

β. fusipes. — Bol. appendicul. *Sch.* 130. Sect. 5. Stipite lævi. *Laeves.*

17. *B. castaneus. a.* et *c.* badius. II. §. 202.

* * * *chionei.*

18. *B. fulvidus.* II. §. 203.
19 *B. cyanescens.* Bull. — I. §. 146.

Trib. VI. *Bovini.*

20. *B. reticulatus,* 6.? (vix Schæff.)
21. *B. variegatus.* LV. — I. §. 147.
22. *B. subtomentosus* L. I. §. 142. — bovinus Fl. Dan. l. c. — Bol. *chrysenteron lividus et commun.* Bull. l. c. — *B. luteus.* Bolt. t. 84. fig. med. — (Errore typogr. I. p. 115. l. 22. legitur t. 87., quod corrigendum!)
23. *B. bovinus.* L. — I. §. 143. Fl. Dan. t. 1014. (B. gregar.)
24. *B. piperatus.* Bull. I. §. 143. *B. ferrug. Batsch.*
25. *B. fisto tremoides* I. §. 150.

Obs. Veterum synonyma alio loco. — B. *granulatum* Linn. distinctum esse docuit per litt. Cel. *Swartz.* Sed enumeratos tantum ipse vidi.

POLYPORUS. MICHEL. *)

1. MESOPUS. (*Peltea.*)

205. BOLYPORUS *lepideus*, pileo carnoso plano-infundibuliformi squamoso fuligineo poris rotundis brevissimis stipiteque crasso subreticulato albis.

Rarissime in truncis fagineis, post pluvias æstate.

Descr. Stipes 1 unc. longus, ½ unc. crassus, subcrmosus firmus, centralis, l. parum excentricus, nunquam lateralis subæqualis glaber subtiliter rediculatus albidus l. sordidus. *Pileus* carnosus orbicularis plano-infundibuliformis, 2 unc. latus, fuligineus l. murinus, squamis adpressis tenuibus obscurioribus, (ut in *A. lepideo*,) vestitus, margine acuto inflexo. *Caro* fragilis alba. *Tubuli*

*) „Bonum nomen, et characteristicum novare non adtinet et debetur Micheli memoriæ, post tot de plantis minimis merita, ut, quæ feliciter constituit, auctoritatem retineant. Hall. helv. III. p. 138.

nulli. *Pori* rotundi æquales albi, in stipite decurrentes.

Affinis est sequens, a me non visa, sed ab *P. platyporo*, ni fallor, diversa species.

Bol.. rhangiferinus. Bol. rhangif. *Bolt. t.* 138.

Bol. squamosus. *Sow. s.* 266.

Cum *P.. platyporo* conjungo B. squamosum, maximum et platyporum *Schum. Sæll. II. p.* 381.

206. POLYPORUS *tessulatus*, pileo convexo cinereo diffracto-tessulato, poris amplissimis stipiteque squamoso concoloribus.

Polyporus alpinus cinereus &c. *Mich. Gen. p.* 130. *p.* 71. *f.* 2.

POLYPORUS — — n. 2296. *Hall. helv. p.* 144. Boletus hirsutus. *Batsch. El. p.* 99.

Per silvas abietinas fagineasque *Italiæ* subalpinas, Autumni tempore. *Micheli.*

Conf. *Hall.* l. c. *Mich.* l. c. — Distinctissimam, licet non visam, speciem paucis commemorare debui. *Halleri* fungus forte diversus, et n. 2295, 2294 l. c. ipse valde affines dicit.

207 POLYPDRUS *xanthopus*, pileo coriaceo infundibuliformi - plano glaberrimo fulvo - badio zonato, poris minutissimis regularibus, stipite glaberrimo flavo lucido, basi dilatato

In ramis arborum dejectis — *Americæ*? — *Ex herb. Vahlii.*

Descr. Solitarius, *Stipes* brevis ¼ unc. 2 lin. crassus, adscendens, basi explanato-adnatus, lævis glaberimus flavo - lucidus, *Pileus* coriaceus tenuis, 1½ unc. latus, profunde umbilicatus subinfundibuliformis; sed margine planus patentissimus pallidior, lævis glaber flaccidus, zonis fulvis et badiis variegatus. *Pori* minuti integerrimi, in stipite decurrentes, pallidi subtestacei.

Affinis P. *melanop.* et perenni; sed pileo glaberrimo, stipiteque flavo nitente diversus.

208. POLYPORUS *brumalis*, pileo carnoso - coriaceo convexo subumbilicato villoso fusco - umbrino, dein glabrato lutescente ciliato, poris oblongis candidis, stipite subcurvato.

Boletus brumalis. *Pers. syn. p.* 517. *Alb.* et *Schwein. l. c. p.* 242.

B. lacteus *α. Batsch. El. fung. p.* 103, *t.* 10. *f.* 43. *et B. membran. p.* 105. *a.* Elvella pileus *Schæff. t.* 281.

β. B. fasciculatus. *Schrad. spic. p.* 154.

γ. B. ciliatus. *Fl. Dan. t.* 1297.

Vulgatissimus sero autumno in truncis fagineis — floræ Svecicæ Novitia.

Obs. Stipes brevis, uncialis circiter. 3 lin. fere crassus, striatulus subfuligineus, intus albus, etiam sæpe excentricus. *Pileus* 1—2 unc. — *Pori* majusculi oblongi. Ad *b.*, poris flaventibus et pileo fasciculatim pilosa distinctam, pertinere videtur B. fuscidutus. *Schrad, l. c. p.* 153., nisi sit *Polyp. ciliatus.* I. p. 123, qui a *brumali* pororum forma differt.

ACOPUS.

209. POLYPORUS *pallescens*, cæspitosus, pileo subcoriaceo disformi glabro pallide ochraceo, poris minutis æqualibus luteo-albis.

Boletus pelleporus. *Sowerb t.* 253. *exclus. syn. optime.*

Ad truncos vetustos arborum frondosarum; rarius. *Autumno.*

Descr.. Cæspitosus imbricatus. *Pileus* subcoriaceus flexilis difformis, 2 unc. circiter latus, lævis glaber pallide ochraceus azonus. margine repando concolori, basi interdum gibbus. *Substantia* alba. *Tubuli* breves. *Pori* minuti subrotundi æquales integri pallide flaventes l. luteo-albi

Toto coelo diversus a *Pol. dichroo.* I. p. 125. et *Polypi Carpineo.* Fr. (Bol. Swartz in Vet. Ac. Handl. 1810. p. 85.) Neque varietas *Pol. lutescentis* l. *ochracei.*

210. POLYPORUS *fumosus*, imbricatus carnosus, pileo crassiuculo undulato fuligineo pallido, poris minutis pallescentibus.

B. fumosus. *Pers. syn. p.* 530. *Albert. et Schwein. p.* 250.

Ad Salices vetustas; passim in *Scania* sero autumno. Ad diversor. Mörarp *d.* 9 *Oct.* 1815. descripsi.

Descr. Odore subnullo et substantia aliena valde a. *P. suaveolenti* diversus. Cæspitosus

imbricato - connatus; fubftantia fubcarnofa obfolete zonata pallidior. *Pileus* convexus fubpulvinatus, junior interdum applanatus, 2—4 unc. latus, crasfiufculus (1—2 unc. fere), fuligineo - pallidus, fuperficie glabra l. fericea. *Pori* minuti fubrotundi cinerafcenti - albi, tacti obfcuriores, *tubulis* 1 lin. et ultra longis adhærentibus.

Parum meus differt; defcriptio adeo necesfaria.

211. POLYPORUS *Stereoides*, imbricatus coriaceus, pileo tenui pubefcente fubgrifeo - zonato, poris minutis difformibus albis.

Ad truncos abiegnos vetuftos. *Septembr. Octbr.*

Descr. Cæfpitofus, exacte imbricatus. *Pileus* ½ unc. longus, ¼—½ unc. latus, nunquam ultra, reniformis flaccidus, zonis depresfis tenuibus concoloribus, fubgrifeus, demum virefcens. *Reliqua*, ut fupra. Habitus *Thel. hirfutæ γ. P.*

212. POLYPORUS *amorphus*, imbricatus carnofo - coriaceus, pileo tenui pubefcenti albo, poris minutis flavefcentibus.

Poria nitida *b. Albert.* et *Schwein. l. c. p.* 258.

b. *epigeus* Pol. amorphus. I. *p.* 125.

In pinetis ad truncos, rarissime. *b.* vide l. c.

Descr. *α.* *Pilei* imbricati carnoso-coriacei tenues effuso-eflexi albi pubescentes læves, dein tuberculosi l. obsolete zonati, margine patente acuto tenui subrepando, subtus sterili. *Tabuli* brevissimi flavi subaurantiaci. *Pori* minuti subrotundi, in *b.* difformes, juniores albidi, mox flavescentes.

Cum *Bol. arboreo* Sowerb. t. 346., qui exacte similis varietati *Mer. lacrimantis (destruentis)*, in arbore cava a me visæ, nil commune. *Bol. impuber* l. c. t. 195. ad *P. alneum* accedere videtur.

213. POLYPORUS *fuscatus*, effuso-sessilis coriaceus, pileo villoso azono fusco, poris acutis subdenticulatis lutescentibus.

Legi ad ligna putei clausi (*Paradislyckan* ad Lund.), rarissime.

Descr. Solitarius. *Pileus* coriaceus tenacissimus, basi effusa adnatus, adscendens difformis, 2 unc. circ. latus, villosus azonus fuscus, margine erecto repando. *Substantia* te-

nuis nivea. *Pori* lutescentes minuti obliqui acuti sublaceri, *tubulis* brevibus sordidis.

Affinis *Polyp. versicolori*, Acoporum Proteo. Junior totus fere albicat.

Novitiæ Fl. Suecicæ:

Polyp. roseus. — Boletus roseus *Albert.* et *Schwein. l. c. p.* 251.

P. rutilans. Bol. rutilans. *Pers. syn.*

Illum ad truncos *Sorbi*, hunc ad *Fagi* legimus.

P. hispidus. Bol. hispidus. *Pers.* Bol. velutinus. *Sowerb. t.* 345. — *Bolt. t.* 161.

Ad truncos Qvercus.

Obs. In hac specie, tubuli interdum secedunt ut in *Polyporo betulino*; sed Boleti tamen species est neuter; tubuli enim e pilei substantia sunt formati.

IV. PORIA.

214. POLYPORUS *vaporarius*, seriata excarnis immarginata persistens pallescenti-albida, poris magnis inæqualibus laceris,

Bolet. vaporarius. *Pers. syn. p.* 546. *cum syn. Albert.* et *Swein. p.* 256.

Ad truncos dejectos *Pini silvestris.*

Descr. Resupinatus. Membrana longissime effusa, 4—6 unc., 1—3 unc. lata, nonnumquam interrupta, subimmarginata firma persistens glabra, pallescenti-albida l. cretacea. *Tubuli* obliqui, nunc breves, nunc satis longi, in vetustissimis flavescunt. *Pori*, ut supra. — Immersum meum non vidi.

Obs. Poriæ, odentia etc. dicuntur immarginata, cum pori, aculei et etiam marginem obtegunt; marginata autem cum margo l. sterilis l. fimbriatus.

β. deflexus, pileo triquetro scrobiculato, zona ferruginea destincto.

Inter, *α.* mixtus.

Obs. Plures *Polyp. acopi* resupinati variant; apud hanc vero *Poriam* etiam nisus pileum, totum tamen e tubulis compositum, formandi observatur.

215. POLYPORUS *rhodellus*, effuso-elongatus membranaceus subfugax roseus, margine tenui subpubescente, poris subrotundis obtusis.

In ligno fagineo *Aug.*

Obs. Membrana 2—4 unc. longa, lævigata, tota albido-rofea, tacta obfcurior fubincarnata, arcte adnata tenuis, ut digito trita evanefcat, margine tenui irregulari pubefcente; fed non byssino. *Tubuli* haud lin. longi fubrecti. *Pori* mediocres. Diverfi funt et *Polyp. fanguin.* et *P. incarnatus*, mox defcribendus.

216. POLYPORUS *incarnatus*, effufus coriaceus perfiftens immarginatus incarnatus poris rectis l. obliquis inæqualibus.

Boletus incarnatus. *Perf. fyn. p.* 545 in ligno *Pini filveftris.*

Obf. Subftantia dura a priori valde recedit. Semper lævis glaber perfiftens, 1—4 unc. longus, vix 1 unc. latus. *Margo* vix ullus irregularis. Vix differt Fungus Celeb. SCHUMACHERI (*Sæll.* p. 391); fed Nobilif. *de* ALBERTINI et *de* SWEINIZ l. c. varietas videtur. *b. pileo marginato, margine reflexo: tubulis depresfis.*

217. POLYPORUS *nitidus*, effufo confluens coriaceus perfiftens flavus, margine tenui fublobato pallidiori, poris minutis fubrotundis.

Bol. nitidus. *Perf. fyn.* p. 547. *Obf. myc.* 2. p. 15. t. 4. f. 1. *optimr.*

β. pithifus, orbicularis margine reflexo juniorque albus.

Ad ligna faginea, *β.* ad corticem *Pini* ulter varietas rara.

Forma indeterminata. *Membrana* arcte adnata coriacea lævigata glabra, margine juniori pubescente. *Tubuli* recti brevisfimi. *Pori* rubrotundi, tacti obfcuriores.

Var. *b. Albert. et Swein.* ad meam. [var. *b.* accedit; fed, defcriptione non opftante, ad *Polyp. amorphum* retuli.

218. POLYPORUS *violaceus*, fubrotundus membranaceus perfiftens dilute violaceus, margine integro pubefcente pallidiori, [poris mediocribus fubrotundis.

P. niridus. *γ. Albert. et Swein. l. c.* p. 258.

Ad truncos pineos, haud *frequens.*

Rarisfima et diftincta fpecies, femel tantum a me obfervata. *Color* lilacinus. *Membrana* ficca lævis, margine in juniori faltim villofo, 1 unc. circiter longa lataque.

219. POLYPORUS *fubfpadiceus*, effufus coriaceus tenuis perfiftens, margine tenui

albo byssino, sporis minutis inæqualibus.

In ligno fagineo ad terram dejecto.

Irregulariter effusus tenuis, stromate nullo, 3—6 unc. longus, 1 lin. et ultra latus; sed valde quoad magnitudinem variabilis. *Tubuli* recti l. obliqui ferugineo - fusci; *Poris* minutis inæqualibus albido- fuscis, tactis fuscis, marginem tenuissimum byssinum album versus pallidis.

Ab affinibus tenuitate potissimum distinguitur.

220. POLYPORUS *ferruginosus*, inæqualis crassus excarnis subspadiceus, margine glabro subnullo, poris subrotudis mediocribus.

Bol. ferruginosus. *Pers. syn. p.* 564. *Schrad. spic. p.* 172. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 255.

Ad trunces Alneos equidem legi,

Valde crassus et firmus, excarnis tamen. Odor nullus. Minime confundendus cum *Polyp. alneo*, resupinato variante!!

Valde vaga species est *Polyp. medulla panis.* De quo alio loco.

221. POLYPORUS *ſerpens*, ſeriatus confluens ſubſuberoſus durus palleſcens, margine tenuisſimo pubeſcente, poris magnis irregularibus variis. *Tab. VI. f.* 2.

Supra corticem *Quercuum* emortuarum, inter cujus rimas ſerpit.

Color *Dædal quercinæ*, forma maxime irregulari. *Pori* obliqui ſublignoſi ſubrotundi et elongati. Minime Dædalea.

222, POLYPORUS *vitreus*, effuſus undulatus carnoſus perſiſtens aquoſo-albidus ſubhyalinus, margine tenui villoſo, poris minutisſimis.

Ad truncos carioſos *Fagorum* dejectorum. Ni fallor, eſt

Bol. vitreus. *Perſ. ſyn. p.* 545. *Obſ. myc.* 1. *p.* 15. (*Poria*). Deſcriptio tamen incompleta, et pori obliqui dicuntur, quod tamen maxime variabile.

Deſcr. Latisſime et inæqualiter effuſus, tuberculato-undulatus, tenue carnoſus, (quod inter Porias rarum!) 3—8 lin. craſſ., albidus ſubhyalinus humidus glaber, margine candido tenui ſterili adnato-villoſo. *Pori* in meo ſemper recti minutisſimi.

Descriptio, non vero locus, *Boleti tuberculosi* Pers. l. c. exacte quadrat in formam quandam *Polyp. latissimi* 1. p. 128.

Longe plures apud nos crescunt *Poriae*, nullamque speciem colore albo in hac parte descripsi. De Poriis optime proverbium: „*Qui quaerit, invenit*."

SISTOTREMA. PERS.

* * *Dimidiata.*

223. *Sistotrema lacteum*, sessile imbricatum, pileo suberoso-coriaceo conchato villoso azono utrinque albo. *Tab. VI. f.* 1.

In ramis dejectis *Fagi*.

Novissima et distincta species, *S. Cerasi*, infra descripto, affine. *Habitus* potissimum *S. cinerei*.

Descr. Pilei dimidiati sessiles, basi interdum effusi, imbricati suberoso-coriacei, 1 unc. longi, ½ unc. lati, reniformes conna-

ſcentes, utrinque albi l. ſubtus demum flaveſcentes, azoni l. interdum linea concentrica depreſſa concolori notati, ſubtus concavi, in junioribus etiam aculeato-dentati et numqeam poroſi, hinc Hydnis proximum. *Subſtantia* alba. *Dentes* disformes varie inciſi, haud conferti, ſeriati longi plani; ſed etiam teretes et integri

Secundum iconem *Michelii* valde diverſum *H. occarium.*

*** XYLODON.

224. SISTOTREMA *Ceraſi*, reſupinatum orbiculare, dein confluens, album, margine tomentoſo, hymenio ſinuoſo-dentato poroſo-lacero.

S. ceraſi. *Perſ. ſyn.* p. 55. *Obſ. myc.* 2. p. 16.

Copioſe in truncis deuſtis *Betulæ.*

Obſ. Arcte adnatum, junius orbiculatum l. ovale, dein confluens irregulare, margine niveo tomentoſo æquali. *Hymenium* ſinuoſo — l. poroſo-dentatum, dentibus dif-

formibus planis acutis, poris integris immixtis.

225. SISTOTREMA *carneum*, resupinatum submembranaceum rubescens margine integro, dentibus difformibus obliquis.

In cortice dejecto *Fagi sylvaticæ* autumno.

Descr. A sequenti toto coelo differt. Late effusum confluens difforme, 1—3 unc. obscure incarnatum l. rubescens. *Dentes* maxime difformes, numquam tamen, ut in *S. fimbriato*, granulæformes s. stricti multifidi, juniores porosi, venosi, dein sæpius adpressi. *Margo.* numquam fimbriatus.

226 SISTOTREMA *fimbriatum*, resupinatum membranaceum incarnato - rufum, margine elegantissime radioso - fimbriato; dentibus granulæformibus multifidisque.

S. fimbriatum. *Pers. syn. p.* 553. *Obs. Myc. I. p.* 88. *Albert et Schwein. p.* 263.

In truncis *Fagi* et *Betulæ* legi frequenter.

β. stalactiticum, irregulare, muscos ambiens.

Descr. Latissime effusum confluens dif-

forme membranaceum, ligno l. cortici laxe adhærens, subtenax, margine elegantisſime radioſo-fimbriato tomentoſo albo. *Dentes* minuti granulæformes, dein elongati apice inciſi multifidi, — Var. β. forma et loco differt.

Species pulcherrima et omnino paradoxa. Rizomorphæ inſtar creſcere incipit. Forte fuit e *Rhizom. acruſtaceis* una, quam in Merulium abire obſervavit Cel. *Pallisot*; hæ enim ſunt valde dubiæ et certo certius non Lichenes.

HYDNUM. L. B.

† *Stipitata.*

Vide in parte prima p. 131—149. Speciebus dubiis tantum addendæ duæ apud *Schultz. Starg.* &c.

† † *Seſſilia.*

227 *Hydnum corrugatum*, ſuberoſo-carnoſum ſubtomentoſum corrugatum nigrum, aculeis longisſimis æqualibus albis.

Menſe Aprili rarisſimam hanc ſpeciem in truncis *Betulæ* prope Wexioniam legi.

Deſcr. Magnum craſſum ſubimbricatum ſuberoſo-carnoſum difforme, undulatum l. tuberculoſum ſubtomentoſum corrugatum nigrum, intus album. *Aculei* longisſimi (fere unciales) ſimplices æquales recti albi.

Valde diverſum ab *Hydn. paraſitico P.* (*H. ſtrigoſo Swartz.*)

† † † ODONTIA.

228. HYDNUM *membranaceum*, effuſum tenue glabrum fulvo-ferrugineum, aculeis mediocribus obſcurioribus.

Hydnum membranaceum. *Bull. t.* 481. *f.* 1. *Sowerb. t.* 327.

H. caſtaneum. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 269?

In ligno pineo rarius legi.

Diſtincta ſpecies. Conf. de cetero textum *Bulliardi.* Affine eſt *Hydno Barbæ Jovis*, quod in Svecia detexit *Ccl. Swartz.* Vet. Ac. Handl. 1810. p. 251.

229. HYDNUM *subcarnaceum*, effusum membranaceum exalbido-carnaceum, margine vario, aculeis longis rectis obliquisque.

In truncis betulinis dejectis, haud copiose, cum *Hydno diaphano. Schrad.*

Descr. Resupinatum latissime effusum amembranaceum, arcte adnatum, subglabrum, albido-carneum l. rufescens, margine vix byssino, etiam adnato. *Aculei* 2—3 lin. longi, concolores conferti acuti integri, nunc recti subulati, nunc obliqui ligno longitudinaliter adfixi.

230. HYDNUM *radula*, effusum lacteum, margine subbyssino; aculeis distantibus difformibus elongatis.

Hydnum flexuosum. *Schleich.*

In Svecia ad truncos *Betulæ* lectum.

Distinctum ab *Hydno mucido* reliquisque substantia sicca, aculeis constanter difformibus et distantibus. Specimina Svecica fere orbicularia sunt, helvetica vero (ad ligna decorticata pinea, ut videbatur, lecta) magis effusa erant, margine distincte byssino. *Sistotrematibus* affine.

Primus apud nos, Observavit cl. FOR. SANDER, fungorum observator solertissimus,

---

POROTHELEUM. FRIES.

Pileus resupinatus expansus papillosus; papillius distinctus superficialibus, mox depresso-porosis.

Obs. Polypori per Sistotrema i Hydnum, per Porotheleum in Theleph. transeunt. A genuinis Polyporis valde recedit hoc novum genus.

1.) Poris junioribus omnino clausis, papillos exacte referentibus.

2.) — superficialibus.

3.) — distantibus et distinctis; et cum *Fistulina* conjungere, omnino absonum mihi visum fuit.

4.) Pilei natura magis ad Thelephoroideos accedit.

231. POROTHELEUM *fimbriatum*, candidum effusum, margine laciniato - fimbria-

to, laciniis teretibus, papillis subconfluentibus.

Boletus fimbriatus. *Pers. syn. p.* 546. *Alb. et Schwein. l. c. p.* 256.

Legi in cortice dejecto Quercus et Fagi. Elegantissimus fungus, Himantiis etiam accedens. Junior fungus semper papillosus, papillis hemisphæricis sparsis distinctis, dein pluribus confluentibus porosis. Etiam flavescens videtur, præsertim autumno.

232. POROTHELEUM *lacerum*, niveum subrotundum, margine fibrilloso-fimbriato lacero, papillis solitariis.

Peziza porioides. *Alb. et Schwein. l. c. p.* 327. *t.* 6. *f.* 5. (*non obstat*).

Ad lignea ramenta in silvis.

Prioris formæ juniori similis; sed semper minor est pulchella hæc species. *Papillæ* multo minus depressæ; sed majores et hinc Pezizoideæ: e substantia pilei formatæ, quod in nulla *Peziza crustacea* observavi. Optimam differentiam a priori præbet margo aliter fimbriatus.

STEREUM. LINK.

Novitiæ Floræ Sveciæ ſunt:

233. STEREUM *ferrugineum*, effuſo-reflexum tenue ferrugineum marginatum, ſubtus pruinato - piloſum.

Thelephora ferruginea. *Perſ. ſyn.* p. 569. *Alb. et Schwein. l. c.* p. 273.

Auricula tabacina. *Sowerb. t.* 25.

Aur. nicotiana, *Bolt. t.* 174.

Ad ramos in Scaniæ nemoribus frequenter, numquam vero in Smolandia vidi; neque in Svecia ſuperiori *Swartz.*

Genus Sterei non omnino artificiale; habitu enim arido et ſubpruinato ſemper diſtinguitur. Color in iconibus citatis nimis pallidus.

234. STEREUM *abietinum*, reſupinatum ſubliberum, ſuperne fuſco purpuraſcens, inferne umbrinum.

Telephora abietina. *Perſ. ſyn.* p. 573.

In truncis abiegnis haud frequens.

De Fungo Nobiliſſ. ALBERTINI et SCHWEIN. adhuc non certus ſum; inferne

enim semper, licet subtiliter, in fungo adulto pubescentem observavi.

THELEPHORA. P. Willd.

† † O T I T E S, (pileo dimidiato.)

235. TELEPHORA *vorticosa*, imbricata coriacea zonata tomentosa strigoso-hirsuta subtus purpurea.

Auricularia persistens. *Sowerb. t.* 388. *f.* 1.

A lilacina. *Schum, Sæll.* II. *p.* 398.

Ad truncos dejectos Betulæ, autumno.

Descr. Substantia omnino coriacea tenax pallida. *Pileus* pallidus strigoso-hirsutus zonatus; zonis concentricis depressis fuscescentibus. *Hymenium* purpurascenti-lilacinum raro papillosum; sed non læve.

Sequentem distinctam speciem non vidi, quæ

THELEPHORA *hepatica*, Mihi, subimbricata glaberrima, azona, utrinque lævis bolaris.

Ad truncos in Anglia. — *Auric. lævis* Sowerb. l. c. f. 2.

236. THELEPHORA *ochroleuca*, imbricata effuso-reflexâ coriacea zonata pubescens subtus ochracea.

Auric. pallida. *Schum. Sæll. II. p.* 398.

A papyrina. *Bull. t.* 402. *Sow. t.* 349, *Wither. ar.* 4. *p.* 342.

In truncis *Betulæ* et *Fagi* passim.

Omnino diversa a *Theleph. hirsuta*, præcipue colore hymenii ochraceo. Pubescentia tenuis nec strigosa, ut in *Thel. hirsuta*.

---

††† CORTICIUM.

237. THELEPHORA *livida*, latissime effusa glaberrima subhumida livida coerulescensque, papillis sparsis irregularibus.

Corticium lividum. *Pers. Obs. Myc. I.* p. 38.

Ad ligna putrida.

Defcr. Latisfime effufa, 4—6 unc. longa, arctisfime adnata, irregularis membranacea glaberrima, humida fubvifcofa, dein ficca femper contigua, fæpius livida, fed etiam coerulefcens et incarnata. *Papillæ* fparfæ majusculæ concolores irregulares.

238. THELEPHORA *radiofa:* effufa confluens lævis glabra alutaceo-pallida, margine albo fimbriato.

Ad ligna dejecta faginea.

Defcr. Arcte adnata regularis, 1 unc. lata, confluens vero 2—3 unc., pallide alutacea lævis glabra ficca contigua, margine albo æquali radiofo fimbriato *Papillæ* nullæ.

HYPOCHNUS. Fr.

Pileus pagina ſuperiori adnatus ſubmembranaceus, ſubtus et rotus fere e tomento contextus, l. e pulvere in globulos villoſiuſculos conglomerato compoſitus.

239. *Obs.* 1. *F*ructificatio dubia, forte pulviſculus inter tomentum ſparſus; ſed hic in ſuperficie multarum genuinarum Telephorarum obſervatur. Thecas veras non vidi.

Obſ. 2. Genus, ad Himantioideos accedens, a Thelephoris genuinis procul dubio diſtinctisſimum; ſed per gradus intermedios in has tranſeunt, ut nulli omnino certi inveniantur limites.

Obſ. 3. In genere naturalisſimo ſpecies optime diſtinctæ, licet colore tantum differant.

240. HYPOCHNUS *ſereus*, effuſus niveus inæqualis pruinoſo-tomentoſus.

THELEPH. ſerea. *Perſ. ſyn.* p. 580. *Alb. et Schwein. l. c. p.* 283.

Rarius ad truncos.

Heteroclita ſpecies, Telephoris nimis accedens. Ab Hyphasmatibus *Rebent.* differunt

omnes. Habitu Telephoroideo, membrana (*Hymenio*) tomentum conjungente &c.

241. HYPOCHNUS *coeruleus*, effuso-confluens coeruleus, disco dein glabratus.

Theleph. coerulea. *Schrad.* — *Decand. syn. p.* 21. Agaricum — — coeruleum. *Mich. Gen. p.* 124. *t.* 66. *f.* 6.

Auricularia phosphorea. *Sowerb. t.* 350.

Byssus phosphorea. *Nonnulla* Conferva phosphorea *Dill. Con. f.* ?

Passim ad truncos.

Margo interdum pallidior, subfimbriatus. Uncialis et ultra, saepius confluens. Fungus adultus Thelephoram refert; sed substantia fibrosa potius Hypochni.

Vere diversa *Byssus phosphorea Linn.* (*Mich. Gen. t.* 90. *f.* 3.) Dematium violaceum. *Pers. syn. p.* 697.

242. HYPOCHNUS *fumosus*, effusus difformis coeruleo-cinereus, totus villosus.

In silvis montosis supra folia dejecta *Betulae*, rarissime

Priori valde affinis; sed differt superficie pubescenti-villosa, numquam vero rimosa, ut

in priori, colore cinerascenti et loco natali *Papillæ* ut in genuinis nullæ.

243. HYPOCHNUS *fuscus*, latissime effusus, fuscus, totus e villo contextus, disco demum glabrato.

Corticium fuscum? *Pers. Obs. myc.* 1. p. 38. *Syn.* p. 578. (Theleph. vinosa.)

Ad ligna dejecta faginea, passim.

Pulchra species et ni fallor, *Theleph. vinosa* Pers. syn. Primo obtutu totus glaber, margine excepto, videtur; sed totus e tomento contextus, accuratius examinatus, apparet.

244. HYPOCHNUS *ferrugineus*, effusus tomentosus pulverulentus ferrugineus.

Theleph. ferruginea. *Pers. syn.* p. 578.

Tomentella ferr. *Obs. myc.* 2. p. 18.

Theleph. ferruginosa. *Alb. et. Schwein.* l. c. p. 280.

Theleph. Persoonii. *Decand. syn.* p. 21.

Ad ligna faginea passim.

In Obs. Myc. l. c. *Cel. Persoon.* hoc Genus distinguere intendisse videtur. *Toment. chalybaea*, a me non visa, hujus quoque forte

generis eſt. Hæc et ſequentes, omnes genuinæ, ideam generis optimam præbent. Valde diverſæ, quamvis colore tantum differre videantur.

245. HYPOCHNUS *aureus*, effuſus tomentoſus aureo-fulvus. *Tab. VI. f.* 4.

Agaricum — aureum. *Mich. Gen, p.* 124.

In Cortice dejecto Betulæ.

Latisſime effuſus, arcte adnatus, membrana ſubtus glabra lævis ſubfuſca, ſupra granulis ſubvilloſis ſubtilibus denſisſime veſtita.

246. HYPOCHNUS *helvolus*, effuſus junior lacteus bysſinus, dein ſubglabratus helvolus, margine fimbriato.

In truncis dejectis Betulæ.

Certisſime a priori diverſus. In ſtatu adulto hæc ſpecies valde Thelephoroidea. Late effuſus tenuis. Margo latus albus. Papillæ plane nullæ.

β. *alutaceus*, helvolo-ochracea glabrata corrugata.

Eodem loco.

247. HYPOCHNUS *iſabellinus*, effuſus tomentoſus iſabellinus, pſeudo-papillis irregularibus. *Tab. VI, f.* 3.

In corice dejecto Fagi.

Species memoratu dignisſima; Latisſime effuſa, tomentoſa. colore obſcure et axacte iſabellino. Oriuntur papillæ ſparſæ et nodulis corticis, ſpærulis etc.

248. HYPOCHNUS *olivaceus*. effuſus tomentoſus olivaceus, margine fimbriato albido.

In ligno dejecto abiegno.

Elegantisſimus colore et forma. Color olivaceus, luteo-viridis l. obſcure incanus. Latisſime indeterminato-effusus, pulverulento-tomentoſus; margine eleganter fimbriato, in vetuſti nullo l. obſoleto.

HIMANTIA, PERS.

249. *Obs.* Himantias post Thelephoras locatas esse, plurimis mihique etiam, paradoxam videtur. Sed ubi collocandæ? Meccedinibus Link., et multo minus alii fungorum ordini, si a Pilomycis l. propriis, disceesseris, adnumerari plane nequeant. Ad fungos proprios referendas esse suspicatus Celeb. LINK, omnes pro Thelephorarum similiumque initiis habens; cui vero sententiæ, ut jam in Part. I. p. 211. monui, assentire non possum. Observandum tamen est, varias veras Himantias, *Theleph. sulphurea* P., *Th. byssoides* &c., ad Thelephoras relatas fuisse, | de quibus optime valet acutissimi Viri sententia. Hæc vero Genera ut etiam *Stereum* et *Hypochnus*, qualia a me constituta, valde sunt et affinia et distincta h. e. naturalia et optima.

Et — quis, nisi vidisset, crederet? — ad Clavarioideos viam pandunt. Possideo enim Himantias, Clavarias decumbentes exacte referentes, e. gr. *H. fariraceam spinlosam* &c.

— *Himantia lateritia* Perſ. (Clavar. Bull. et Schum.) *Cl. penicellata* Bull., *ornithopoides* Schum. Holmsk., *piliſera* Schum. etc. inter utrumque Genus ambiguunt. *Himantias* erectas referunt *Clav. tomentoſa* P. *Himantioides* Fr. *byſſiſeda* P. *ect.*, conferenda quoque ſunt *merisma penicellatum* P. *faſtidioſum* &c. — Genus tamen eſt heteroclitum, ut alio loco demonſtrabo.

Et hæc differentia Merismatibus et Himantiis intercedit: „Merismata ſubſtantia et natura Thelephorarum ſunt, forma Clavariæ" P. Himantiæ autem ſubſtantia Clavariæ, forma Thelephoræ, habitu byſſaceo.

250. Species adeoque ad tres ſectiones optime referuntur:

† *Thelephoroideæ.*

1. *H. bysſoides.* — Theleph. bysſoides. P. *Fries nov. fl. Suec.*

2. *H. Sulphurea.* — Theleph. ſulphur. *P.*

β. H. ochracea. *Fries Obs* 1. *p.* 210.

γ. H. ſulphurea. *Perſ.*

3. *H. domeſtica.* *P.*

Secundum methodum *Persoonianam* potius Thelephora!

4. H. violascens. *fr. l. c. p.* 211.

Et longe plures.

† † *Fibrillariæ Sowerby.*

1. H. ramosissima. *Sowerb. t.* 387. *f.* 2. (Fibrillaria.)

2. H. candida. *P.*

β. Sowerb. l. c. f. 1. (Fibrill. stellata.) et 3. *H. rosea Fr. Obs.* 1. longeque plures.

† † † *Clavarioideæ.*

1. *H. spinulosa*, Fr. (var. Clav. byssisedæ?)

2. *H. lateritia.* P. — Clav. filiform. *Bull. t.* 448. *f.* 1. *Sow. t.* 387. *f.* 4.

3. *H. farinacea*, P. &c.

Forte etiam Clav. dematiiformes n. 2025 — 2027. *Schum. p.* 407.

Habitus harum tribuum diversissimus; sed in plura Genera vix dividi possunt.

CLAVARIA. Linn.

† RAMARIA.

251. CLAVARIA. *amethystea*, ramosissima violacea, ramulis teretiusculis obtusis.

Cl. amethystea. *Pers. syn. p.* 590. *Bull. t.* 496. *f.* 2.

Ramar. amethyst. *Holmsk. ot.* 1. *t.* 11.

In ericeto ad Femsiö, copiose.

Descr. Cæspitosa ramosissima, 2 unc. circiter alta, cæspitesque totidem lati, lævis glabra læte violacea, basi albida. *Rami* recti subfistulosi, 1—2 lin. crassi, deorsum subsimplices l. raro ramosi, teretiusculi erecti multifidi, ramulis brevissimis subobtusis. Intus dilutior.

Sequentia synonyma, imperfecte descripta l. delineata, dubia sunt.

Fungus ramosus crispus violaceus. *Barr. Ic.* 1261.

Coralloides violacea corniculis brevioribus. *Tourn. Inst. p.* 564.

Cor. amethystina. *Batt.* p. 22. t. 1. 6. excl. *syn. Tourn.*

Clavaria n. 2200. *Hall. helv.* p. 124. (potius Cl. cristat.?)

Cl. violacea. *Vill. Dauph.* 3. p. 1049.

Cl. purpurea. *Schæff. f.* t. 172.

Cl. brachycera. *Pers. comm. de fung. Clav.* p. 61.

Species quoque violaceas enumerant *Raj*, *Micheli &c.*

252. CLAVARIA *Holmskiöldiana*, ramosissima candida, caule crassiusculo, ramis rectiusculis difformibus acutis.

Cl. coralloides. *Sowurb*, t. 278, *fig. sup.*

Cl. — a. *Gled. meth.* p. 31.

Ramaria coralloides alba. *Holmsk. ot.* 1. p. 113. (*cum. syn. cert. et. dubiis*) t. 12.

Passim autumno in silvis abiegnis. Altero anno copiosa, altero non obvia.

Tota glaberrima, candida; sed basi interdum violascens, 3—4 unc. alta. *Stipes Cl. flavæ* multo tenuior, ut crassiusculus tantum dici possit; interdum etiam distinctus nullus. *Rami* dichotome ramosi subdiffformes, nunc recti, nunc flexuosi teretes acuti.

A. *Cl. flava* igitur differt non colore tantum diverfisfimo; fed ftipite etiam tenuiori. ramis diftinctis acutis &c.

Qui plura fynonyma cupit, videat *Gled. l. c. Holmsk. l. c.*

253. CLAVARIA *apiculata*, ramofisfima fubalutacea, caule fubcrasfiufculo, ramis ramelis, ramcfis brevisfimis verticillatus acutisfimis virefcentibus.

Cl. byssifedæ var. *Perf. comm.* t. 3. *f.* 7.?

Ad truncos abiegnos vetuftisfimos, rarior.

Pulcherrima fpecies, de qua diu dubius hæfi, utrum ad *Cl. abietinam*, an ad *Cl. pyxidatam* referrem, inter quas media fane videtur. In filva Böllebergenfi prope Femfiö omnes tres quoque crefcunt, indeque optima fuit mihi occafio has conferendi, quo fedulo facto fpeciei dignam effe honore intellexi.

Defcr. Gregaria. *Caulis* (proprie ftipes) crasfiufculus adfcendens, bafi fibrillofus albidus, mox et irregulariter divifus, lævis pallide flavus l. alutaceus. *Rami* concolores ramofi, ramulis verticillatis bevisfimis viridibus acuminatis, apice fufcis. *Altitudo* uncialis.

In junioribus ramuli concolores. *De* cetero detrita non viret, ut Cl, abietina.

Ni multum fallor, distinctisſima eſt; ut ſupra monui, ſpecies. Cum *Cl. byſſiſeda*; quam nunc etiam rufeſcentem magna copia legi, nullam habet affinitatem. Icon fero citata hujus loci certe eſſet: 1) ſi caulis parum crasſior et ramoſior.

2) Si apices ramulorum diſtincte verticillati, ut in *Cl. pyxidata.*

254. CLAVARIA *griſea*, fuliginea, caule tenui, ramis rugoſis, ramulis obtuſis difformibus.

Cl. griſea. *Perſ. ſyn. p.* 586. (*vix hujus loci.*)

Copioſe, æſtate pluvioſa, in fagetis umbroſis rovidis ad terram nudam.

Deſcr. Cæſpitoſo-connata l. ſolitaria, ramoſisſima, ſubradicata difformis fragilis, glaber l. baſi levisſime villoſa. 1—2 unc. alta, murina l. fuliginea. *Rami* rectiuſculi irregulariter diviſi rugoſi ſubobtuſi, valde difformes.

+ † CLAVÆFORMES, ſimplices.

255. CLAVARIA anomala, cæſpitoſa connata incarnata, ramis rectis, ſubſimplicibus.

Ad radices Quercuum truncorum, *Augusto.*

Certe nulla ſpecies affinis, niſi forte *Cl. digitellus* Schæff.

Deſcr. Cæſpitoſa connata, hinc ramoſa 1—3 unc. alta, difformis. *Rami* rectiuſculi, medio ſubincraſſati, teretes l. compreſſi, ſimplices l. e. ſpeciminibus connatis diviſi, fragiles, intus farcti ſubſiſtuloſi incarnati inæquales, juniores acutiuſculi dein obtuſi.

Obſ. Cl. adſcendens. *Fl. Dan. t.* 837. *f.* 3. — *Retz. Scand.* — *Perſ. Comm. p.* 67. eſt ut Ramaria ceratoides *Holmsk.* Stipites Agarici nondum explicati.

256. CLAVARIA *roſea*, gregaria ſimplicisſima acuta elegantisſime roſea. *Tab.* 5. *f.* 2.

Conf. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 157. *in eod.*

Cl. rubella. *Perſ. comm. p.* 81.

In graminosis umbrosis, rarissime. Legi in coemit. Femsiönensi ad latus boreale templi.

Descr. Gregaria, vix cæspitosa, $1\frac{1}{2}$—2 unc. longa, lævis glabra fragilis eleganter rosea, nunc recta, nunc curvata, subsolita, rarius fistulosa, *Stipite* cum *clavula* parum incrassata, 1—2 lin. lata, tereti l. compressa difformi, plane confuso. *Apex* exsiccatus flavescit.

A *Cl. purpurea*, passim in *Suecia* obvia; certe distincta. Variat tamen tempestate sicca l. pluviosa colore plus minusve nitenti-roseo; et hinc *Cl. rubellam* hujus loci esse credo.

257. CLAVARIA *juncea*, gregaria subcæspitosa simplicissime tenuis argillacea rufescensve, basi villoso-fiibrillosa.

Cl. truncialis. β. juncea. *Alb. et Schwein. l. c. p.* 289.

Cl. hirta. *Fl. Dan. t.* 1257. *Schum. Sæll. p.* 404.

Cl. cylindrica, *Tode in Schrift Naturf. Freund. Berl. IV. p.* 166.

Cl. triuncialis. *Pers. syn. p.* 600.

Cl. — n. 11. *Mich. Gen.* p. 208. t. 87. *f.* 7.

Cl. — n. *Gled. meth. fung.* p. 29.

In memoribus humidis *Scaniæ*, fero autumno, ex. gr. in Reften &c. omnium copiosissima.

Obs. Segetis instar gregaria, ejusdemque modo cæspitosa, habitu junceo et tenui simplicissimo. Basis subrepens, interdum ramosa himantioidea, fibrilloso-radicato, radiculis in meo semper albidis radicatis. *Longitudo* 2—5 unc., adeo inepte *triuncialis* dicitur. *Color* pallidus, argillaceus, aquose ochraceus et rubescens. *Clavula* neque hirta neque cylindrica, hinc non potui non exactissimum nomen Nobilisf. de ALBERTINI et de SCHWEINIZ adoptare.

Certe diversa *Cl. fistulosa*, Fl. Dan. t. 1256.; huic vero nimis affines *Cl. pilipes*, l. c. t. 1076. f. 1. et *Cl. Ardenia* Sow. t. 215. ut e speciminibus in agro Femsiönensi lectis edoctus sum.

258. CLAVARIA *macropriza*, solitaria simplicissima fistulosa obtusa flavo-fusca, basi contorta, radice longissime villosa.

Cl. macrorhiza, *Swartz in Vet. etc. Handl.* 1811. *p.* 155. *t.* IV. *f.* 1.

Holmiæ loco declivo arenoſo. SWARTZ.

Prope Wadſtenam. ACHARIUS, cui ſpecimina debeo.

Species ſingularis et paradoxa, radice truncata 3 unc. et ultra ſtrigoſo-villoſa. Compl. deſcr. dedit, Cel. SWARTZ l. c.; ſed in meo fungo color certe non albido-cæſius.

249. CLAVARIA *inæqualis*, faſciculata inæqualis fragilis lutea, clavalis angulatis dixformibus acuminatis.

Cl. inæqvalis. *Perſ. ſyn. p.* 501. *Fl. Dan. t.* 836. *f.* 1.

Cl. faſciculata. *Vill. Dauph.* 3. *p.* 1054.

Cl. vermiculata. *Sowerb. t.* 253.

Legi jam menſe *Auguſt*, in campis ſiccis poſt pluvias æſtivales circa Femſiö, copioſe.

De ſpecie certisſime ſemper inæquali, a Cel. PERSOONIO non viſa, pauca ex autopſia afferre debeo. Cl. *fuſiformi P.* Sow. t. 234. valde affinis videtur; *ſed* hujus forma in icone valde regularis et ſubſtantia tenax dicitur. In *Cl. inæquali*, quam etiam ſemper faſciculatam legi, *clavulæ* 2—4 unc. altæ, va-

riant falcatæ, contortæ, compressæ, angulatæ et subcatæ,

Cl. bifurca. *Bull. Champ. t.* 264. *Swartz l. c. p.* 157. etiam, ut mihi saltim videtur. hujus tantum varietas.

260. CLAVARIA *canaliculata*, solitaria simplicissima, clavula compressa utrinque canaliculata, stipiteque breviori albis.

Ad terram juxta rupes madidas, raro.

Descr. Solitaria alba, 3—4 unc alta, tota lævis glaberrima. *Stipes* teres uncialis circiter, æqualis, a Clavula subdistinctus; sed colore et substantia ad unguem conveniunt et hinc vix *Geoglossi* species. *Clavula* stipite duplo longior, linearis compressa, 2—2½ lin. lata, utrinque canaliculata, fragilis, flexuosa l. falcata, etiam erecta, apice demum nigrescens.

Ab has certe diversa *Cl. falcata* P., quæ ut *Cl. glossoides, ovata, liguta, fimbriata, formosa et trichopus*, Fl. Suec. Nov., quibus adnumeratis circiter LX. bene distinctæ species indigenæ sunt.

261. CLAVARIA *quisquiltaris*, gregaria minuta candidæ, clavula incrassata obtusa cum stipite glaberrimo confluente.

Cl. obtufa. *Sowerb. t.* 334. *f.* 1.

In ftipitibus putridis P. *teridis aquilinæ* legi *Octobri* pluviofo.

In ramulis. *Sowerb.*

Defcr. Tota 3—4 lid. circiter longa, apice incraffata fubregularis fimplex; rarius bifida et complanata. Minime confundenda cum initiis *Ritzom. fetiformis* albis, eodem tempore et loco obviis.

Diverfa videtur Cl. obtufa *Sowerb. l. c. f.* 2. ftipite Gifpipulo! &c. Hæc tamen ab Auctore in *Filicibus* lecta.

GEOGLOSSUM. P.

252. GEOGLOSSUM *argillaceum*, fubcæfpitofum, clavula obtufa fubcompreffa difformi alutaceo-flavefcente, ftipite nitenti flavo.

Cl. argillacea, *Perf. comm. p.* 74.

α. ericetorum. Perf. fyn- p. 600. *Obs. myc.* 2. *p.* 60. *Schmid. Ic. p.* 56. *t.* 5. *Albert c, Schwein. l. c. p;* 290.

Ubique in ericetis Scaniæ, Hallandiæ. Nof. Smolandiæ ad Liungby, et Hamneda etc. *Forſander.* In collibus arenoſis ad Femſiö, raro. Fine *Septembr.* — *Novembri.* (Novit. Fl Suec.)

β. montanum. *t. V. f.* 3.

In uliginoſis, ad montium radices. Habitu et loco natali, nullo vero differt charactere.

—⸗ charactere hujus Generis, a Cel. LINK firmiori conſtituto, ad Geogloſſa pertinere evidenter petet. Sed quid de *Cl. flavip.* maxime affini, dicendum?

TYPHULA. FR.

Pileus cylindricus undique thecigerus a ſtipite capillari diſcretus.

Obſ. Genus naturale et a Clavariis, quibus plurimæ ſpecies ſunt adnumeratæ, ut e toto charactere patet, diſtinctisſimum. *Geoglasſis* et *mitrulis* longe propius accedit; ab

his vero ſtipite pileum non penetrante, ab illis pileo cylindrico plane diſcreto, utrisque toto habitu et ſtipite capillari diſtinguitur.

263. TYPHULA *erythropus*, pileo albo, ſtipite ſubglabro atro-rubente, tuberculo fuſco-nigro.

Clavar. erythropus. *Perſ. ſyn. p.* 606. *t.* 3. *f.* 14. *comm. p.* 85. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 293.

Cl. gyrans. *Bolt. t.* 112.

Ad ſtipites dejectos. Nuper in *Suecia* quoque detexi.

Deſcr. Tuberculum latens fuſco-nigrum depreſſum corrugatum. *Stipes* ½ unc. circiter rectus firmus glaber, ſub lente leviter pubeſcens, atro-rubens, apice dilutior, *Clavula* cylindrica filiformis glabra, 2—3 lin. longa, obtuſiuſcola candida.

Forte Varietas: Clav. capillaris. *Holm. ot.* 1. *p.* 3. *t.* 1.

264. TYPHULA. *gyrans*. pileo ſtipiteque pubeſcente altis, tuberculo pallido, interdum nullo.

Cl. gyrans. *Perſ, ſyn. p. 606. Comm. p. 83. Batſch El. f. 164. Swartz. l. c. p. 161. Albert. et Schwein. l. c. p. 292.*

Frequenter in foliis et ſtipitibus dejectis. Conf. l. c.

265. TYPHULA *Todei*, pileo flavo, ſtipite albo glaberrimo tuberculo nullo.

Mitrula Todei. *Fries Obſ. Myc.* 1. *p.* 160.

In ſtipitibus Filicum.

266. TYPHLA *phacorhiza*, pileo ſtipiteque glabro albidis, turberculo globoſo nigro-

Cl. phacorhiza *Perſ. ſyn. p.* 607. *comm. p.* 82. *Swartz. l. c. p.* 162. *Sowerb. t.* 233 *Reich. in Schrift. naturl. Berl. l.* 315. *t.* 6. *f.* 4, 5.

Miſit Cel. Acharius.

Certe hujus generis non ſunt:

Cl. muſcicola P. (miſit Nobils. WRANGEL.) et

Cl. ovata. P. (In Suecia detexit FORSANDER.)

MITRULA. P. *disp. meth.*

267. MITRULA *pusilla*, gregaria minima, pileo luteo lanceolato, stipite æquali pallidiori.

Clav. minuta. *Sowerb. t.* 391.

In Anglia ad bracteas *Dipsaci pilosi* Sowerby.

Obs. Etiam in Suecia, ni fallor, crescit: similem enim ex habitu fungillum in *Carduo lanceolato* vidi; sed examinare neglexi et hinc diagnosin ex icone desumsi. Vix 1—2 lin. alta.

LEOTIA. *P. disp. meth.*

Pileus stipitatus orbicularis plano-convexus margine revoluto, superne thecigerus, thecis in pagina inferiori sparsis.

268. LEOTIA *infundibuliformis* (*spissa*), pileo depresso cinereo-livido, subtus pallido, stipite crasso cinereo.

Helv. infundibuliformis. *Sowerb. t.* 153. *Octobri* in silvis anglicis. *Sowerb.*

Hanc certe non vidi: sed ad generis illustrationem attuli; cum ex icone hujus videtur species et in genere certe maxima. *Stipes* enim 2—3 unc. longus 1½ unc. et ultra crassus et *Pileus* 1½—2 unc. (sec. Ic.) *Substantia* pilei carnosa? l. gelatinosa? An hujus loci synonymon SCHAEFFERI?

Leot. tremula. *Pers. comm. p.* 32. L. *lubricæ*, certe varietas; hujus enim pileus ætate excavatus. In omnibus tamen *Leotiis pileus* junior convexus, dein explanatus. margine inflexo-conato, subtus quoque thecigero. Etiam thecæ sparsæ in pagina inferiori hinc inde observantur, quæ omnia breviter quidem; sed valde obscure in parte Ima p. 160. expressi dicens: „*pileum inferne thecigerum*;" ex quo *minus* saltim *peritus* hoc Genus subtus *tantum* fructificare concludere posset; hoc tamen, ut cuique notissimum, jam extra dissertationis aleam posuerunt beat.

MICHELI (*Nov. Gen. t.* 82. *f.* 2) Celeb. PERSOON. (*Comment. l. c. t.* III. *f.* 1.) et LINK (*Berl. Mag. l. c.*). E contrario au-

autem *Helotia* juniora ſunt concaviuſcula, dein convexa, margine ſemper patente ſterili et ad aliam familiam (Cupulares Sw.) pertinent. *Conf. diſp. Gener.*

HELVELA. P. (*excl. H. acaul.*) LINK,

269. HELVELLA *lacunoſa*, pileo leviter inflato ſubbilobo cineraſcenti-nigro, ſtipite coſtato-lacunoſo albi.

H. lacunoſa. *Holm*sk. *ot.* 2. *p.* 45. *t.* 24.

H. nigreſcens. *Schæff. t.* 154.

H. mitra. *Pers. comment. Schæff. p. Cl. Schum. Sæll. II. p.* 410. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 298.

β. minor, tota nigreſcens.

H. monachella. *Schæff. t.* 162.

In fagetis. a., ad terra. β. ad truncos.

Deſcr. Gregaria. *Stipes* celluloſo-fiſtuloſus, valde et inæqualiter coſtato-lacunoſus, 1—3 unc. longus, deorſum incraſſatus, albi-

dus, dein totus nigrefcens æqualis, bafi leviter pubefcens, 3—6 lin. craffus. *Pileus* carnofo-membranaceus, leviter inflatus, 1—2 uncialis circiter, 2—3 locis adnatus, niger, dein cinerafcenti-nigrescens, glaber fubbilobus, lobis interdum lobatis.

Hæc haud bene dicitur *H. mitra*. Eft fec.

PERSOON. l. c. H. fulcata. *Wild. Ber. p.* 398.

In Suecia quoque crefcit *Helv. pulla* Holmsk. l. c, p. 49. t. 26.

PEZIZA. L. — P.

270. Paucas tantummodo Novitias Fl. Suec. afferam; minus cognitas l. mihi dubias tantummodo defcribam.

BURCARDIA.

P. cinerea. *P.*

P. Betuli. *Alb. et Schwein. l, c. p.* 309. *t.* 12. *f.* 3.

In ramis exſiccatis *Filiæ* copioſe. *Septbr. Octbr.*

II. ALEURIA.

P. poroſa. *P.*

271. PEZIZA. *violacea,* ſubſesſilis explanata violacea, ſubtus dilutior.

P. violacea? *Perſ. ſyn.* p. 639.

Loci deuſtis, *Majo,*

Recedit haud parum noſter fungus, hinc deſcribo, ut ab aliis meliora diſcem. Gregaria, ut plurimum vero ſolitaria, ſubſesſilis, elongata, (nec exacte orbicularis,) explanata; $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ unc. lata, utrinque lævis, ſupra glabra violacea, ſubtus farinulenta dilutior, margine integerrimo l. tenuisſime crenato.

P. carbonaria. *Albert. et Schwein. l. c.* p. 314. *t.* 4. *f.* 2.

Vere et æstate suo loco frequens in Smolandia. *Cupula* plerumque sessilis.

III. LACHMAN.

272. PEZIZA *strigosa*, sessilis applanato-adnato concavo, intus pallida, extus nigra strigosa.

Pez. strigosa. *Pers. syn. p.* 648.

P. hispidula. *Schrad. journ. II. p.* 64.

In culmis dejectis. Legi ad Lundam d. 1. *Apr.* 1815.

Descr. Sessilis minuta, subrotuda l. elongata, applanato-adnata. concava, 1—1½ lin. lata, intus albida l. cinerascenti-flavida lævis, extus nigra, setis longissimia erectis strigosis concoloribus vestita.

P. sulphurea. *P.*

P. cerina. *P.*

P. pulchella. *P. Sowerb. t.* 17.

P. colycina. P. — P. virgin. *Holmsk. ot.* 2. *t.* 24. *fig. dextr.*

P. ciliaris. *Schrad.*

P. fusca. *P.*

P. sanguinea. P *Simillima; sed distinctissima a Sphærrhodom. fr.*

P. leucotricha. *All. et Schwein. l. c. p.* 322. *P. sessil Sowerb. t.* 389. *f.* 1.

PHIALA. (D. — P.)

273. PEZIZA *bicolor*, gregaria stipitata glabra, disco flavo, extus stipiteque subadscendente albis.

P, bicolor. *Sowerb. t.* 369.

E Blekingia misit *Aspegren.*

Obs. Margo leviter repandus videtur 2—3 lin. alta.

274. PEZIZA *herbarum*, gregaria substipitata albida, cupula demum convexa orbiculari integerrima.

P. herbarum, *Pers. syn. p.* 664.

Præcipue ad stipides *Urticæ* legi, autumno.

Addam descriptionem, ut e sequentibus affinibus pateat differentia.

Descr. Gregaria subcarnosa stipitata lævis glaberrima tota candida, vix rufescens. *Stipes* brevissimus, haud lin., tenuis aequalis,

ſuperne in *Cupulam* primo concavam, dein planiuſculam, tandemque convexam 1—3 lin. latam dilatatus, margine orbiculari integro.

275. PEZIZA. *chionea*, gregaria ſtipitata alba, cupula concava, ſtipite brevi craſſiuſculo.

In foliis pineis dejectis, locis humidis, primo vere.

Maxime affinis priori; ſed cupula conſtanter concava et minor, ſtipes vero longior et craſſior.

276. PEZIZA. *rhodoleuca*, gregaria ſtipitata roſeo-albida utrinque plana.

In ſtipitibus *Equiſeti arvenſis* locis humidis dejectis, vere.

Deſcr. Præcedentibus affinis, abunde vero diſtincta. *Subſtantia* valde tenuis et Helotii forte ſpecies. *Stipes* brevis, interdum vero 3 lin. longus, æqualis tenuis. *Cupula* 1—2 lin. lata orbicularis marginata utrinque plana.

277. PEZIZA *citriora.* *β. filicina*, ſubſtipitata, cupula excavata aurantia, ſtipite firmo pallidiori.

In Filicibus, in ſpecie Aſpidiis et Po-

lypodiis putridis, locis umbrosis roridis.

Mera viderur varietas; sed pulcherrima et notatu dignissima.

278. PEZIZA *calopus*, cupula urceolata flavicanre, stipite firmo elongata roseo,

In stipitibus dejectis.

Descr. Sparsa l. gregaria, firma, 2—4 lin. alta, tota glaberrima. *Stipes* teres æqualis roseus *cupula* flavicante (rarius roseo) urceolata, dein explanata, integerrima, I lin. l. parum ultra, lata, duplo longior.

279. PEZIZA *rufa*, gregaria sessilis, cupula concaviuscula rubra, extus dilutior.

P. *rufa*. *Pers. syn*, *p*. 666.

In Suecia rarior. Tantum prope Yaberg in pinetis densis ad terram legi *Septembri*.

Obs. Species valde distincta. *Cupula* concava, in junioribus saltim, 1—4 lin. lata, tota quidem nudo oculo lævis glabra, sub lente margine tenuissime pubescens,

280. PEZIZA *ciborioides*, gregaria, rufescens, cupula infundibuliformi, basi angustata, stipite longissimo flexuoso spadiceo.

Ad culmos in uliginosis, primo vere, Copiose ad *Huitekålla* prope Femsiö.

Defcr. Gregaria. *Stipes* ¾—1 unc., fere capillaris fpadiceus fubflexuofus. *Cupulu* 2 lin. alta, 3 lin. circiter lata, infundibuliformis erecta fubtenax pallide rufefcens, margine juniori integerrimo, demum fubcrenulato.

Valde affinis P. *poculæ* et *ciborio*; hanc tempore vernali in ericetis humidis *Scaniæ* legi.

281. PEZIZA. *pyriformis*, cupula globofo-turbinata fordide flavefcenti, ftipite elongato filiformi albido.

Octofp. pepiformis. *Hedw. Musc. Frond. p.* 32. *t.* 10. *f.* 8. *(variet.)*

Ex alis foliorum *Bryi paluftris* enafcentem femel legi. (d. 20 Maj. 1815.)

Parum quidem differt nofter fungus; nec diverfa fpecies non videtur. *Stipes* rectiufculus, 3 lin. circiter longus. *Cupula* parum depreffa flavo-fufcefcens, margine diftincto concolori.

282. PEZIZA *humofa*, fubcarnofa feffilis concava fanguineo-rubra lævis glaberrima.

P. humofa in *Summ. Veg. Scand.*
P — — *Fl. Dan. t.* 676. *f.* 2.

P. cartilag. — *Bolt. t.* 101. *f.* 1. *Sowerb. t.* 369. *f* 2.

Fungoides — n. 27. *Mich. Gen. p.* 207.

In ericetis turfosis ad terram nudam autumno.

Orbicularis, 1—2 lin. lata. Colorem nimis nitentem depinxerent Angli. Carnosula est, nec cartilaginea.

P. xanthomela β. epixyla. *Albert, et Schwein. l. c.*

P. pallescens. *P.*

P. serrata. *Hofm. (P. Oederi P. non differt.)*

P. metaloma. *Albert. et Schwein. l. c. t.* 2. *f.* 5.

P. uveata. *Schum. l. c, p.* 430.

V. DERMEA.

283. PEZIZA *hyssiseda:* crusta latissime effusa granuloso-villosa argillacea, cupulis sessilibus testaceis, margine thallode granuloso.

In lignis pineis putridis non frequenter obvia.

Similis Hypochni fpeciei. Cupulæ minutæ fparfæ plano-concavæ.

P. furfuracea. *Roth.*

HELOTIUM. P.

(*Tod. longe recedit.*)

284. HELOTIUM *aciculare*, gregarium mediocre albidum, pileo excavato, dein convexo, ftipite mediocri elongatoque.

H. aciculare. *Perf. fyn. p. 677. Albert. et Schwein. l. c. p. 349.*

Leot. acicularis. *Perf. obf. myc. 2. p. 20. t. 5. f. 1.*

Helvella agariciform. *Bolt, t. 98. f. 6. Sowerb. t. 57.*

β. elegans, pileo hemifphærico rofeo, ftipite elongato albo, bafi villofo.

Utraque varietas in truncis Quercinis cavis. β, Mera eft varietas omnibus partibus duplo major et colore pilei elegantisfime. Variat. *α.* quoque pileo cinerafcente.

Genus Pezizis maxime affine; non vero Leotii. Hæc species generis typus.

Me plane fugit *β. abietinum Albert. et Schwein.* (*H. elongatum. Schum. l. c. p.* 412. ut videtur) medium forte inter hoc et sequens.

285: HELOTIUM. *subtile*, gregarium minimum candidum, pileo plano-convexo, stipite brevissimo.

H, album, *S.hum, Sæll, II. p.* 412. (loc. differt,)

In foliis dejectis abiegnis *Octobri.*

Descr. In toto genere minimum, valde gregarium; sed omnino persistens et immutabile. *Stipes* 1—$\frac{1}{4}$ lin. longus, nec ultra, vix $\frac{1}{3}$ lin. crass., æqualis l. deorsum attenuatus, sæpe curvatus. *Pileus* 1 lin. latus, junior planus, mox convexus.

Non confundendum cum Pezchionea; cujus stipes multo crassior et cupula constanter concava.

In Suecia quoque investigavi:

Hel. radicatum. *Albert. et Schwein. l. c.* 8. *f.* 5.

Ad truncos *Pini.*

H. nigripes. *Schum. l. c.*
Cum priori.

PHACIDIUM. FRIES.

286c PHACIDIUM *lacerum*, margine epidermidis ruptæ iregulari, difco plano fufcefcenti.

In foliis *Pini filveftris*, locis umbrofis humidis dejectis. Ruptum vere primo obfervatur.

Eximia fpecies. *Phacid, coronato* paulo minus, 1—2 lin. latum. Epidermis, ni fallor, e folii in omnibus fpeciebus formata, in hac laxe et lacere dehifcit.

287. PHACIDIUM *fphærioides (infractum)*, margine epidermdis ruptæ inflexo crifpato, difco pallefcente.

Xyloma fphærioid. — *Perf. fyn. p.* 106. *Albert. et Schwein. l. c. p.* 66.

In pagina inferiori foliorum *Salicis Capreæ.*

Minimum in hoc Genere, nec thecas veras adhuc invenire mihi contigit; ſed adeſſe nullus dubito. Species maxime heteroclitas continet Genus *Xyloma* P.

---

288. Fungi Cupulares (*Peziza*, *Helotium*, *Aſcabolus et Phacidium*) varia adhuc continet nova Genera, fructificationis proceſſu diverſa. Conf. TODE, LINK. &c. Meas de his obſervationes ad aliud tempus reſervo. Annotare tamen volo:

1. Tranſitum ad Icleromycos ex his eſſe evidentisſimum. Hoc primus intellexit Cel. LINK. vid. *Tode t. VII. f.* 59.

Pezizam coriaceam Bull. p, 258. *t.* 438. *f.* 1. *Swartz act. Holm.* 1812. *p.* 105. (Variet. *Sphæriæ* ſuæ *Poroniæ* in comm. de fung. clavæform. ſuſpicatur Cel. *Perſoon.*) non propriam tantum eſſe ſpeciem; ſed etiam Genus diſco pulverulento diſtinctisſimum. Eſt igitur STERREBEELLIA *cinerascens* Mihi ſtipitata et aliam in Scania, locis ſimilibus, legi, quæ *Sterrebeellia teſtacea. Mihi.* ſesſilis.

PRODROMUS

novæ diſpoſitionis

SPHAERIOIDEORUM,

PORONIA. Fr.

(beat. WILLDENOW nominis Auctor

Receptaculum marginatum pezizæforme ſubtus villoſo-corrugatum; diſco tantum ſphærulifero. *Perithecia* oblonga immerſa; *oſtiolis* erumpentibus papillatis.

1. Internam ſtructuram perितheciorum, toti familiæ communem, ab HOFMANNO primo, TODEO, PERSOONIO &c. abundanter illuſtratam, in characterem genericum ingredi non debere facile patet.

2. Receptaculum vero non eſſe negligendum nullus, præſentem ſtudii cryptogamici culturam perſpiciens, negabit.

289. PORONIA *truncata*, ſtipitata, diſco plano albo.

Peziza truncata. *Linn.*!

Sphær. Poronia. *Pers.* — *Fries in Vet. Ac. Handl.* 1816. *cum ſipr. et deſcr.*

Sic redit nomen triviale antiquisſimum Linnæi!

290. PORONIA *repanda*, ſesſilis, diſco plano fugricante.

Sph. repanda. *Fries Obſ. Myc.* I. *p.* 168. *et l. c.*

In ſpeciminibus completis *ſphæriæ* vere ſunt immerſæ; ſed collum leviter tantum attenuatum.

Diſcus, junior albidus, mox nigreſcit.

Obſ. Genus notis allatis 1.) Perithec. pezizoideo, 2) marginato, 3) ſubtus villoſo, 4) Diſco tantum ſphærulifero) ab omnibus diſtinctisſimum.

CORDYLIA. FR.

(Hypoxylon *Foss.* Xylaria *Hill. Schrank,*)

(Sphær. sectio Imo. *P.*

Receptaculum immarginatum erectum clavæformæ, stipite sterili suffultum, *Perithecia* subglobosa periphærica, ostiolis æqualibus.

Observationes.

1. Stipes sterilis character generis essentialis est.

2. Genus naturale et de distinctione summos Botanicos consentientes inveni; maxime tamen ad Sphærias propias accedit, a quibus ut Amanita ab Agarico differt.

3. Synonyma allata, toti Generi inepta ad sectionem secundam reservo.

291. Species rite cognitæ:

1. CREATOCAVLON (carnosæ,)

Cord. militaris. — Sphæricæ *Auct.* cum seqv.

C. alutacea, — Non differt. *Sph. clavata Sowerb.*

C. capitata. *Spreng. Suppl. Fl. Hal* I. p. 14.

C. entomorrhiza. *Schum. Sæll.* II. p. 174.

C. ophioglossoides.

Obs. Diagn. emendatas et synonyma vide in *Vet. Ac. Handl. l. c.*

II. HYPOXYLON (sublignosæ.)

C. bulbosa.

C. hypoxylon. α. β. cupressiform.

γ. pedata. *Fl. Dan.* t. 1258. f. 2. *inferior* (*Sph. aspera.*)

C. carpophila.

C. filiformis.

C. digitata.

C. polymorpha. (Var. Sph. cotyliglosf. *Rebent.*)

Species dubiæ;

Sph. monocarpa. *Schum.*
Sph. elavata. *Scop.*

SPHÆRIA. HALL. — P. — Fr.

Receptaculum immarginatum fesſile l. nullum. *Perithecia* rotunda (nec compreſſa) ſubſphbærica, roſtello nullo, oſtio*lis* æqualibus nudis l. papillatis.

Obſervationes.

1. Vix ulla Sphæria vere aſtoma.

2. *Oſtiolum* enim proprie (et poſt hac mihi ſemper) eſt porus, quo Sphærula eſt pertuſa et per quem gelatina erumpit,

3. *Oſtiolum* eſt l. nudum l. papillatum ſimplex l. auctum,

4. *Papilla* autem hujus (ostioli) est operculum, a perithecio distinctum et hinc facile deciduum. Apud Sphærias a gelatina indurata orta videtur; cum sphærula enim non est contigua. Cum adest dicitur *ostiolum papillatum* l. tectum; cum desideratur, *ostiol.* est *nudum.*

5. Nulla igitur papillæ, vulgo quamvis confundantur, affinatas cum *Rostello* (Stylo *Tod.*), quod est productio perithecii, cum quo contigua. libera nuda (nec stromati inclusa) ostiolum sustentans. Non deciduum; sed ob tenuitatem facile frangitur.

6. Neque Rostellum confundendum cum Sphærularum *Collo*, quod est tantummodo productio nunc perithecii, nunc ostioli (ex. gr. in *Sph. leucostoma*) stromati inclusa, necessaria, ut ostiola discum attingant. In omnibus speciebus compositis, præsertim immersi, adest plus minus distinctum et semper fere papillatum; *Rostrum* autem semper, unica specie forte excepta, nudum.

7. Ostiolum absque *collo* et *rostro* dicitur *simplex*; his instructum *auctum.* Quan-

tum hæc inter se differunt ex allatis satis patet.

8. Nullus equidem dubito Imo fore pler sque, qui primo obtutæ. *Cordyliæ, Sphæriæ* et *Ceratostomatis* differentiam esse factitiam judicent, et 2do olim Sphæriæ saltim Genus in plura esse dividendum. Quod ad prius attinet, hac de re alio loco fusius egi et ad secundum annotare debeo, differentiam a receptaculi præsentia et sphærularum situ solum petitam, me saltim iudice, nihil valere. Neque adhuc inveni characterem, quo novum Genus *Polystigma* Pers. (Xyloma rubr. *Syn. Fung* Sph. rubra. *Fr.* Obs. myc, 1.) distinguerem

9. Sphæriæ Genus, quale nunc exstat, in duas sectiones, *Compositarum* et *simplicium*, natura ipsa distinxit. In illa tribus Persoonianas ut naturales, immutato quoque ad interim ordine, retinui, Ceterum, ut artificialis, methodus Schumacheriana eximie mihi placet.

Minus cognitas addem species:

A. COMPOSITÆ.

I. PERIPHÆRICÆ, P.

292. SPHÆRIA *Populi*, epiphylla subrotunda plana fuscescenti-subtestacea, sphærulis immerso-periphæricis, ostiolis obsoletis.

S. Populi. *Sowerb.* t. 374 *f.* 2.

In Anglia ad folia dejecta populina.

Si icon modo fida, peculiaris omnino species; nulla enim in tota tribu epiphylla cognita. Vereor tamen, ne Xyloma tantum sit; in opere enim citato alias quoque Xylomatis species sphærulis depictas inveni. Ulterius inquirant autoptæ!

II. IMMERSAE.

(Compositæ P. exclusis rostellat.)

293. SPHAERIA *lactea*. latissime effusa subcarnosa nuda lactea, ostiolis punctiformibus nudis, rarius papillatis.

Ad terram nudam humidam ſilvarum et arborum cortices.

Obſ. Deſcriptionem huius et ſequentium dedi in monographica diſpoſitione Scleromycorum Sueciæ, ad Reg. Acad. Scient. Holm. miſſa; ubi quoque omnes fere ſpecies *Sowerbyanas* aliorumque Auctorum ad PERSOONII retuli.

Proxime *Sph. citrinæ.*

294. SPHAERIA *xylomoides*, epiphylla angulato-difformis confluens planiuſcula nigra, oſtiolis papillatis. *Fr. l. c.*

Xyloma betulinum. *l. p.* 198.

β. Sph. betulæ nanæ. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 511. *t.* 30. *f.* 3. (*ex ſpecim.*)

In utraque varietate ſphærulæ intus albicant. in *β.* parum majores.

295. SPHAERIA *rhytoſtoma*, erumpens plana irregularis alba, intus concolor, ſphærulis in collum tenue productis, oſtiolorum papillis dilatatis corrugatis nigris. *Fr. l. c.*

Ad truncos. SWARTZ.

Hac in tribu junior fungus colore quodam pallido ſemper fere tinctus et adultus nigreſcit. Si tamen hæc nigreſceret, oſtiolo a-

tisque notis longe ab affinibus diſtat. An hoc quoque valet de novis a Celeb. DE CANDOLLE allatis?

296. SPHÆRIA *Syngeneſia*, nuda conica atra, ſtromate cinereo-nigricante, oſtiolorum papillis connatis unam corrugatam deciduam formantibus. *Tab. VII f.* 1.

In ramis decorticatis ad Foglesfang. — Etiam a Cel. ACHARIO miſſa.

Species memoratu dignisſima. Oſtiola et tota forma Tuberculatarum; ſed nuda eſt et raceptacul. omnino proprium nec a cortice formatum.

Deſcr. Primo ſemper obtutu et nudo oculo Sphæriam ſimplicem majorem ſparſam papillatam exacte refert; diſſecta vero et lente illuſtrata ante oculos ponuntur *Sphærulæ* 4—6 globoſæ nigræ, ſæpius cavæ, in ſtromate compacto cinereo-nigro, receptaculo proprio conico leviter concentrice ſtriato atro incluſo, nidulantes. *Oſtiolorum* papilla, a pluribus connatis formata, valde prominens corrugato-tuberculoſa atra, facile decidua, quo facto receptaculum umbilicatum ore lato albo.

297. SPHÆRIA *lanciformis*, transverſim erumpens lanceolata convexa atra, intus albido-griſea, ſphærulis ſparſis, oſtiolis latentibus. *Fr. l. c.*

β. Sph. lævis. *Sow. t.* 394. *f.* 5.

γ.? Sph. coarctata? *Schum. Sæll. l. c.*

Ad ramos Betulæ.

298. Sphæria *favacea*, erumpens ſubdifformis convexa nigra, ſtromate ſubnullo, ſphærulis ovato-oblongis connatis amplis, oſtiolis prominulis. *Fr. l. c. cum ſyn.*

Ad truncos *Betulæ.*

III. CONNATÆ.

(Monoſtichæ P. excl. roſtell. — Omnes Periphæricæ, plurimæ immerſæ, etc. Monoſtichæ ſunt.)

299. SPHÆRIA *Podagrariæ*, epiphylla ſphærulis coacervatis nigris nitidis papillatis, cruſta indeterminata atra. *Fr. l. c.*

Sph. Podagrariæ. *Roth. Cat. l. p.* 130. *Rebent. neom.*

Frequens ſuo loco in Scania ſero autumno. Minime varietas *Sph. Ægopod.*, ut apud *Cel.* PERSOON.

300. SPHÆRIA *Solidaginis*, epiphylla maculæformis orbicularis cinereo-nigra, ſphærulis ſubnudis globoſis aggregato-confluentibus nigris. *Fr. l. c. — I. p.* 199. *ſub Xylomate.*

Xyloma Virgaureæ. *Dec. ſyn. l. c.*

Peritheciorum forma Sphæriæ.

301. Sphæria *parallela*, in ſeries elongatas parallelas confluens, ſphærulis numeroſisſimis ſemiliberis obſolete papillatis, demum circumſcisſis. *Fr. l. c. cum. ſyn.*

In ligno pineo decorticato.

302. SPHÆRIA *cruſtata*. latisſime ambiente effuſa, ſphærulis immerſis ſolitariis conglomeratisque, cruſta membranacea atra tectis, oſtiolorum papillis prominulis ſubaggregatis. *Fr. l. c.*

Ad ramos emortuos in *Scania* cum *Sph. lata Fr. l. c. n.* 69. — Videtur Sph. emerſa. *Sowerb. t.* 372. *f.* 10.; ſed oſtiola differunt.

303. SPHÆRIA *oppanfa*, fubcorticalis, fphærulis fparfis depresfis nigris, in crufta membranacea fubgelatinofa pallida innatis, oftiolis fuberumpentibus.

Sub cortice *Betulæ*.

Cave cum Sph. quadam circinnata, in hujus confortio crefcente, confundas.

IV. TUBERCULATÆ.

(p. eadem facta refervatione)

304. SPHÆRIA *clandeftina*, tecta globofa nigricans, ftromate albo, receptaculo proprio, oftiolorum difco tenuisfimo obfoleto.

Sub epidermide ramorum ficcorum *Sorbi aucupariæ*.

Defcr. Paradoxa et heteroclita fpecies receptaculo proprio; huc vero relata ob locum natalem et affinitatem cum *Sph. ampullacea*, nullum licet adfit collum elongatum. Nomen triviale optime meretur; corticem enim ne

minimum quidem bullatum reddit, neque prominet discus, quin potius valde problematicus et forte tantum gelatina fit sic dictus discus, corticem parum inquinans; simillimus enim est apotheciis minoribus Arthoniæ cujusdam, ex. gr. *Arth. punctiformis*, et lente tantummodo observandus. Cum denique *receptaculum* globosum subcorrugatum semine cannabino minus in fibrosa corticis parte omnino latens observetur, sphæriam simplicem, ut *Sph. Tiliæ*, inquinantem, &c. ad unguem refert, etiam e substantia propria, colore quamvis corticis haud raro tincta, formatum; dissecto vero receptaculo observantur in stromate albo puncta 3—4 nigra, quæ ipsissimæ sphærulæ.

305. SPHÆRIA *incusa*, bullata orbicularis depressa, stromate tenui albo, sphærulis numerosissimis circa columellam sublignosam circinnatis, ostiolorum disco nigro sublabiato astomo, sæpe duplici.

In epidermide corticis truncorum *Sorbi aucupariæ*.

Descr. Neque priori, nec alii, si a *Sphh. humida* P. forte discesseris, affinis. *Stroma* tenuissimum pulverulentum album, utrin-

que epidermide corticis, tuberculum orbiculatum depressum læve formante, textura et colore immutatis, circumvallatum, *Sphærulæ* numerosissimæ minutæ oblongæ, circinnato-decumbentes circa cylindrum sublignosum, nigræ, sæpius cavæ. Interdum quoque nonnullæ sparsæ observantur. Ostiolorum discus, epidermide bullata rupta cinctus, niger difformis; adultus tamen sæpius labiato-depressus, etiam duplex; in hoc tamen nulla inveni ostiola.

Plures novas l. c. invenies.

V, CIRCINNATÆ. P.

(eadem reservatione.)

306. SPHÆRIA *pruinosa*. subcorticalis irregular. circinnata, sphærulis depressis griseo-pruinosis, subtus collapso-umbilicatis, ostiolorum papillis distantibus erumpentibus.

Sub epidermide ramulorum emortuorum *Fraxini excelsioris*.

Valde affinis *Sph. tessellæ.* Sphærulæ sæpius collapsæ, ostiolis leviter umbilicatis in collo brevi subnudo, epidermidem corticis bullatam 2—3 seriatim perforant.

VI. CÆSPITOSÆ.

(Excl. Sph. Aucupariæ. P.)

307. SPHÆRIA *Berberidis*, cæspitibus difformibus, sphærulis globosis farctis atris tuberculato-corrugatis.

Sph. berberidis. *Pers. syn. p.* 52.

In ramis emortuis *Berberidis*, *Rosarum*, &c.

Visis variis hujus statibus de genuitate *Sphær. rufofuscæ* vacillo. Hanc in ramis *Sambuci* etiam in Suecia observavi. Conf. de cetero *Albert et Schwein. l. c.*

Mea autem, *Sph. rufo-fusca* recedit, sphærulis, ut puto, constanter lævibus, distincte umbilicato-pertusis &c. *Sphæria* autem *Berberidis* rimose dehiscit.

B. SIMPLICES.

I. MACULARES.

Sphærulæ immerſæ l. ſuperficiales, maculæ membranaceæ lævigatæ contiguæ inſidentes.

308. SPHÆRIA *allicina*, epiphylla, ſphærulis mediocribus globoſis nigris nitidis papillatis, e cruſta cineraſcenti emergentibus.

In foliis *Allii* putridis. *Swartz.*

Toto coelo a *Sph. maculari* diverſa; multo maior, color nitidus, forma ſubgloboſa, oſtiolum ſæpe papillatum &c,

Hujus ſectionis ſunt quoque: Sphæria Ægopodii P., Sph. macularis Fr., rhodoſtoma *Alb. et Schwein.*, Dianthi. *Eorund.*, malina *Fr.*, *nigrella Fr.*, rubella *P.* &c. Forte quoque ocellata. *Fr.*

II. TOMENTISEDÆ.

Sphærulæ tomento contexto cinctæ l. inſidentes.

309. SPHÆRIA *flavescens*, aggregata, sphærulis ovatis villosis pertuso-apertis albis, exsiccatione lutescentibus, basi tomento patentissimo albo contexto strigosa.

Ad ligna durissima uercina ad terram dejecta.

Pulcherrima species, media inter tomentisedas et villosas, quibus affinitate naturali proprior. *Pubiculum* araneosum, album, tenue et e tomento strigoso basin sphærulæ cingente contextum. *Superna* .Sphærulæ pars villo brevi vestita. *Ostiolum* æquale, absque papilla. junius pertusum, dein subapertum.

H. l. sunt ex. gr. Sph. rhodomelas. *Fr.*, Sph. rosella. *Alb. et Schwein*, aurantia *P.*, byssiseda *Tod.* Racodium *P.*, Trichoderma *Hoffm.*, Himantia *P.*, tristis *Tod*, , fissa *P.*, albicans *P.*, seminuda *P.* &c. (Plures novas in omni sectione omisi.

III. VILLOSÆ.

Sphærulæ villo non contexto vestitæ,

310. SPHÆRIA *trichella*, epiphylla, ſphærulis ovatis minutisſimis nigris, pilis divergentibus longisſimis olivaceis vertice obſesſis.

Sph. dematium, β. *Perſ. ſyn.* p. 88.

In foliis emortuis *Hederæ.*

Ad hanc ſectionem, cum aliis, referendæ, Sph. ovina. *P.*, mutabilis, caneſcens *P.* ſtrigoſa. *Alb. et Schwein.*, araneoſa, crinita, piloſa *P.*, acinoſa *Batſch*, exilis *A. S.*, Dematium *P.*, comata *T.* phæocomes *Rebent.*, hiſpida *Tod.* terreſtris *Sowerb.*, calva *Tod.*, ſpermoides *Hofm.*

IV. CORRUGATÆ.

Nudæ glabræ ſuperficiales corrugatæ.

311 SPHÆRIA *glaucina*, ſparſa globoſa atra, intus albida, nudo oculo lævis, ſub lente rugoſo-plicata, tandemque rimoſo-verrucoſa.

Hyeme ex epidermide *Betulæ albæ* lævigata glauceſcente erumpit.

Erumpens quidem eſt; ſed mox ſuperficialis et demum fere libera, exacte ſphæriæ

opaca atra. *Todeis* meis affinis; ſed intus cavam et apice oſtioli umbilicatam inveni. Magnit ſeminis *Panici*.

Hæc tribus duas continet ſeries, quarum Ima *Lignicolæ*, ſubconfluentes corrugato-tuberculoſæ. *ad ligna putrida.*

H. l. Sph. ſpermoides *Hoffm.*, moriformis *Tod.*, pulvis pyrius. *P.*, incruſtans *P.*, pulveracea *Ehrb.*, applanata *Fr.*, ſeriata *P.* rugulofa P. &c.

2da *Herbicolæ*, ſparſæ plicatæ *in caulibus herbarum emortuis l. foliis.*

H, l. Doliolum P., Lingam *Tod.*, atroareas *Tod.*, patella *Tod.* &c.

V. LÆVIGATÆ.

Nudæ glabræ læves ſuperficiales.

312. SPHÆRIA *leptidea*, innato-ſuperficialis orbicularis convexa læviſſima nigra nitida, oſtiolo nudo pertuſo.

In foliis emortuis *Vaccinii vitis ideæ*, quæ multos rariſſimos fungos alunt.

SPHÆRIA *punctiformi* duplo major. A *Xylomate erumpente* differt ſitu ſuperficiali,

forma, ostiolo distincto &c. Folia, quibus innascuntur pulchellæ hæ sphæriæ, albicant.

Reliqua ad hanc tribum pertinentes sunt.

1. *Epixylæ*, majores, ostiolo papillato.

H. l. Sph pomiformis. *P.* mammæformis. P., pyriformis. *P.*, Bombarda *Batsch.*, mycophyla *Fr.*, corona *Sowerb.*, umbonata *Fr.*, sanguinea *P.*, resinæ *Fr.*, mobilis *Tod.* &c.

2. *Epiphytæ*; minores, ostiolo nudo.

H. l. *Sph.* herbarum. *β γ P.*, Loniceræ *Fr.*, palmicola *Fr.*, Hederæ *Fr.*, pustula *P.*, Clusiæ *P.*, punctiformis *P.*, maculæformis *P.*, alnea *Fr.* &c.

VI. IMMERSÆ.

Sphærulæ acrustaceæ glabræ immersæ l. tectæ.

313. SPHÆRIA *duplex*, sparsa sphærulis immersis latentibus subglobosis nigris, collo tenuissimo, papillis nudis dilatatis hemisphæricis.

Sph. duplex. *Sowerb.* t. 394. f. 7.

Sph. recta. *l. c. t.* 375. *f.* 4.

Sub epidermide plantarum emortuarum, autumno.

Huic affinis *Sph. eutypa*, (Lich. eutyp. *Ach. Prod.* — Sowerb. t. 217. Sph. opercul. P.); fed multo major eft et oftiolum diverfum.

Immerfæ funt:

1 ENTOXYLÆ, immerfæ fubcollatæ.

H. l. Sph. capitata. P., eutypa, anferina P, livida P. corticis *Sowerb.*, pertufa P., inquinans *Tod.*, Tiliæ P. (vix Naemasp.) &c.

2. ENTOPHYLLÆ, tectæ prominulæ, collo nullo.

H. l. Sph. Taxi, Sph. atrovirens A. S., erythroftoma P., fpeirea (fi hujus Generis.) &c,

Obf. In Tribu IV—VI. feries prima ad primam, fecunda ad fecundam fequentis tribus tranfit.

314. In Tomo tertio *Sowerb. Engl. Fung.*, qui post divulgationem partis primæ ad manus meas pervenit, sequentes occurrunt sub Sphæria species a me l. c. descriptæ:

1. Shæria Ulmi, — Sph. Ulmaria. *Sowerb. l. c. t.* 374. *f.* 3.

2. Sph. sepincola. — Sph. Pisi. *Sowerb. t.* 393. *f.* 8. (*Etiam in Mexisp. canadensi crescit.*)

3. Sph. Hederæ. — Sph. Hederæ et Lauri. *Sowerb. t.* 371. *f.* 4. 5.

4. Sph. Taxi. — *Sowerb.* 394. *f.* 6.

5. Sph. Loniceræ. — *Sowerb. t.* 393, *f.* 6, *junior*,

6. Sphæria cellata. — Sph. Saturnus? *Sowerb. t.* 318.

7. Naemaspora melasperma. — Sphær. carpinea. *Sowerb. t.* 376.

8. N. Grisea. — Sph. dubia. *Sowerb.* 375. *f.* 7.

CERATOSTOMA. FR.

(Ceratofpermum *Mich.*)

(Sphær. ftylif. *Tod.*)

Receptaculum immarginatum effufum l. fæpius nullum. *Perithecia* rotunda fphærica, roftello contiguo ipfis longiori, oftiolum æquale nudum fuftinente.

Obfervationes.

1. Conf. obferv. fub Sphær. 3—7; e quibus differentia fatis elucet.

2. Nomen Michelianum falfum, nec, ob fimilitudinem cum Rhynchofpora, placet *Rhyncoftoma.*

I. *Cruftata.*

Peritheciis in cruftam, receptaculum formantem, confluentibus.

315. Species certæ, a me visæ.

C. podoides. — Sph. podoides. P. et ceratosperma. *Ejusd.*

C. spiculosum — *Pers.* sub Sphær.

C. spinosum.

Obs. Rostellum, a Cel. SOWERBY in *Sph. typhina* (Sph. spiculifera *Engl. Fung.* t. 274. delineatum) in meis speciminibus numquam vidi.

II. PUSTULATA.

Recept. e cortice formatum.

316 CERATOSTOMA *spurium*, tectum nigrum, stromate corticali, rostellis erumpentibus ternis solitariisque crassis teretibus lævibus divaricatis.

In ramis emortuis *Pruni spinosæ*, in Hallandia copiose.

Hujus specimen, ut mihi relatum, sub nomine *Sph. prunastri* ab ipso PERSOONIO determinatum possideo. Quantum vero ex hac etiam quidem in *Pruno*, *Tilia* &c. a me lecta, distat, facile e diagnosi patet. *Stroma* tenue albicans. Interdum nullæ l. spuriæ sphæ-

rulæ tantum adſunt. *Roſtella* valde rudia, ſurſum leviter attenuata, apice pertuſa.

Species certæ, plures novas ut reticeam:

C. fulcatum. — Sph. 5—gona. *P. ſub circum.*

C. prunaſtri. —)
C. radula)
C. ferrugin.) Sphæria P.
C. ciliatum.)

Species dubiæ:

Sphær. ſcutellata. P. C.

III. CONVERGENTIA.

Recept. nullum. Sphærularum circinnatarum roſtella convergentia.

317. CERATOSTOMA *vaſculoſum*, circinnatum, transverſim erumpens, ſphærulis ovato acutis, roſtellis adſcendentibus.

Sub epidermide Betulæ, rarius.

Hanc refert ſpeciem Sph. oblonga. *Sowerb. t.* 374. *f.* 1. Valde affine *Cerat. convergenti*; diverſum tamen erumpendi modo et ſphærularum forma.

Species certæ h. e. a me visæ:
C. pulchellum. Sphæriæ Auct.
C. fimbriatum.
C. coronatum.
C. convergens. *Sowerb. t.* 374. *f.* 6.
C. pusillum.
Dubiæ:
Sph. capsularis P.
Sph. faginea. P. &c.

IV. SIMPLICIA.

318. CERATOSTOMA *chioneum*, sphærulis superficialibus globosis rugulosо-pubescentibus albis, ostiolo subulato stricto subflavescente. *Tab. VII. f.* 2.

In foliis deciduis *Pini silvestris*, locis umbrosis roridis, primo vere.

Iunius totum album, adultum l. exsiccatum flavescunt ostiola. *Sphærulæ* nudæ superficiales eleganter pubescentes globosæ l. subdepressæ, minutæ, ob colorem vero peculiarem omnino distinctæ.

Pulcherrimum et distinctissimum.

319. CERATOSTOMA *curviroſtrum*, ſubgregarium, ſphærulis tectis ovato-globoſis lævibus nigris, oſtiolo cylindrico obliquo duplo brevioribus.

Sph. curviroſtra. *Sowerb. t.* 373. *t. f.* 3.

Rarius tempore vernali ad caules herbarum exſiccatos.

Diverſisſimum a *Sph. acuta* Hoffm. quæ: 1.) ob formam ſæpius collapſam pezizoideam et 2) oſtiolum potius cylindrico-papillatum, quam roſtellatum; c. deciduum enim eſt, nec cum *perithecio contiguum*;) vera potius videtur Sphæria.

Species certæ;

A.

C. biforme. Sph. P.
C. ſtrictum.
C. lagenarium.
C. granuloſum. *Sph. roſtata- α. Tod.* 10. *f.* 79.
C. ſubulatum. — *β.* — *f.* 80.
C. dryinum. *Sph. P. excl. ſyn.*
C. piliferum. — *Sph. ſetoſa Schum.?*
C. capillatum. *Sph. Fr. l. p.* 177.

C. cirrhosum. *Sph. cirrhosa* P.
— tortuosum. *Fr.*
— microscopicum. *Fr.*

B.

C. Gnomon. *Sph. Tod.*
C. tubaef. —
C. flaccidum. *Sph. A. S.*
C. setaceum. *Sph, P.*
C. Solani. —

Species heteroclitæ.

Sph. acuta. *Hoffm.*
— rostellata. I. *p.* 178.

Species dubiæ, a me non visæ;

Sph. cirrhosa. *P.*
— barbata. —
— incurva. *Schum.* &c.

Species falsæ.

Sph. exipuliforme Fr. est Lophium.
— lineata Alb. et Schw. est sphæria vera.

CORYNELIA. ACHAR.

Receptaculum immarginatum

Perithecia ſubclavata l. lageniformia, baſi ſtromati infixa, inferne obovata, foveola interna in medio anguſtata (pervia?), ſuperne incraſſata foſſa intus ſporigera?, oſtiolo demum dehiſcente terminata.

CORYNELIA *uberata*, Tab. VIII. f. 1. a—c,

Mucor clavatus, *Linn. Suppl. Pl. p.* 453.

Sphæria turbinata, *Perſ. ſyn. p.* 95.

Habitat in Cap. b. Spei in foliis Caſſinarum.

Deſcr. Stroma ſubrotundum convexum l. hemiſphæricum, ſupra nigrum cruſtaceum nigrum, ſubinde foveolis albidis (a perithecis elapſis) notatum, intus nigro-fuſcum mollius, ſtrato ſub integumento ſuperficiali tenui obſcure rufofulvo, *Perithecia* lageniformia, carbonacea, fragilia, piceo-atra, glabriuſcula, baſi ſua in ſuperficie ſtromatis innata, conferta divergentia, inferne obovata, loculo intus glo-

boſo vacuo cineraſcente, in medio coarctata pervia?, ſuperne iterum incraſſata clavato - turbinata, apice juniorum obtuſo clauſo, adultiorum oſtiolo perforato, vetuſtiorum ampliato inæquali, ubique demum maſſam ſporaceam (thecas?) nigram includentia,

Obſ. E ſpeciminibus ſiccis hæc deſcriptio deſumta et figuræ delineatæ ſunt. Maceratione in aqua gelatinæ fluxilis l. ſporidiorum nullum veſtigium in loculo inferiori perithecioram repertum eſt. Pulvis in caverna ſuperiori apicis obvius oculo aronato oblongus apparuit, maſſam nigram conſtituens, — ACHARIUS.

Obſ. Deſcriptionem hanc cum ſpecimine et icone Celeb. ACHARII ſolito favori debeo. Genus a Sphæriis diſtinctisſimum, CERATOSTOMATI et LOPHIO proxime accedens. Hujus forte quoque Generis eſt LOPHIUM *Fallax*.

LOPHIUM, FR. l. c. p. 191.

(Sph. platyftomæ, P.

Receptaculum nullum. *Perithecium* fubcompreffum varium, roftello nullo, *oftiolo* inæquali fublatisfimo rimæformi criftato

L. c., gravi lapfu calami, legitur Sph. macroftomæ — lege Sph. *platyftomæ*, ut jam in p. 177. annotavi.

320. Species vide apud *Perfoon.* l. c. — H. l. fequentes:

LOPHIUM *utriculatum*, fphærulis fparfis triangulis compresfis nigris, oftiolo latisfimo.

Sph. Utriculus. *Rebent. Fl. neom.* p. 331. *t.* 2. *f.* 10.

LOPHIUM *epifphærium* (Sph. Tod.) β. *fufcefcens.*

In Polypor. putrido. Variet. α. legi in Sph. *fragiformi. cohærente*; *difciformi*, *quaternata*, *ftigmate*, etiam in fimplicibus.

321. LOPHIUM *mytilinum*, fphærulis aggregatis pedicellatis, furfum dilatatis ftriatis. oftiolo rimæformi.

Hysterium mytilinum. *Pers. syn. p.* 97. *Alb. et Schwein. l. c. p.* 54.

Optima hujus Generis species.

SPHÆRONÆMA. FR.

Conf. I. p. 187. — In *Sphæronæmati cylindrico* vidi quoque globulum cinerascentem.

NÆMASPORA. P.

322. NÆMASPORA *rhuina*, tuberculo globoso pallido, cirrhis tenerrimis concoloribus.

In omnibus ramis e frigore emortuis *Rhois typhinæ* in Horto Botanico Lundensi.

Tuberculum sub cortice nidulans *Sclerotium* exacte refert et ad hoc Genus procul du-

bio retulissem, nisi semel, tempestate bene favente, cirrhulos efflorescere vidissem.

DOTHIDEA. FR.

Tab. V. f. 4, 5.

Receptaculum nullum. *Perithecia* difformia, tuberculoso-corrugata, intus solida, humectata molliuscula, *ostiolo* nullo.

Observationes.

1. Genus naturale forma quadam peculiari peritheciorum subaggregata, inaequali &c.

2. In limine familiae Sphaerioideorum positum esse cuique facile patet; ab omnibus antecedentibus differt: defectu omnis ostioli, sacculi interni gelatinam, in hoc genere minime fluxilem cingentis &c.

3. Sclerotiis quoque affine, at diversum forma, substantia spermatophora, nec simila-ri &c.

4. A *Lichenibus* nonnullæ species ægre distinguuntur; sed differt eisdem notis et thalli genuini defectu. — Ad *Pezizas* etiam accedunt quædam species.

5. Cel. ACHARIUS, solita humanitate, quam plurimas novas hujus generis species, ut et Lichenes missas, mecum liberalissime communicavit. Variæ adhuc suspectæ; et hinc paucissimas species, ut generis exempla addam.

323. DOTHIDEA *cæspitosa*, aggregato-cæspitosa, sphærulis erumpentibus elongato-cylindricis sublobatis nigris albo-pulverulentis.

Sph. cæspitosa. *Tod. fung.* 2. *p.* 4. *t.* 14. *f.* 113.

Sph. aucupariæ. *Pers. syn. p.* 51. *Alb. et Schwein. p.* 25.

Ad ramos exsiccatos *Sorbi* &c.

Heteroclita species. Huic generi tamen proxima et novum formare nolui.

324. DOTHIDEA *sphærioides* gregaria subfascitulata, sphærulis erumpentibus subdif-

formi-angulatis planiusculis nigris, intus albidis.

Sclerotium sphærioides. *Pers. syn. p.* 125. *Alb. et Schwein. p.* 76.

Ad ramos emortuos *Populi*, non infrequens.

Forma variat subrotunda et elongata. An varietas tantum sequens fungus.

β. Dothidea pezizoides, gregaria subfasciculata sphærulis difformibus submarginatis depressis nigris, intus concoloribus.

Loco cum priori omnino convenit. A Cel. ACHARIO missa; etiam ipse legi. Hæc quoque forma erumpens est.

325. DOTHIDEA *gibberulosa*, subgregaria, sphærulis superficialibus. subglobosis superculatis atris, intus corneo-fuscescentibus. *Tab. V. f.* 5. *a. b.*

Sphæria gibberulosa. *Ach. sec. spec.*

Arthon. gibberulosa. *Ach. Lich. univ. p.* 142. ? *n.* 3.

Ad ligna denudata in *Helvetia.* Mecum communicavit Cel. ACHARIUS, una cum icone hujus et sequentis.

Obs. In Synopsi Lichenum ad *Opegr. notam* citatam Arthoniæ speciem retulit illustrissimus Auctor.

Si species diversa, quod mecum dubitat ipse inventor, certe ad hoc genus referri debet ARTHONIA *moriformis.* Ach. syn. p. 5.; thallus enim vix genuinus et in meis speciminibus Suecicis plane desideratur.

Tandem quoque *Limboria corrugata*, *L. fimbriata* aliæque *Achar. in Vet. Handl.* 1815. *p.* 246. sqq. ad Dothideas valde accedunt. Ad *Limbor. fimbriat.* pertinet *Sph. crispa I. p.* 180.

326. DOTHIDEA *pithya*, gregaria sphærulis superficialibus difformibus subrotundo-depressis atris, intus concoloribus.

Sph. pithya, I. p. 183.

β. strobilina, sparsa, *Tab. V. f.* 4. *a. b.* Iconem ad Genus illustrandum addidi.

327. DOTHIDEA *Lecidea*, sphærulis erumpenti-superficialibus hemisphæricis lævigatis fusco-atris, intus albidis.

In ligno pineo decorticato *Smolandiæ.*

Vix ad hoc genus retulissem, nisi e ligno erumperet (ut *Schizoxylon* Pers.). Habitus enim exacte Lecideæ; nec differt substantia.

Sphærulæ? variabiles sunt, ut plurimum quales in diagnosi descripsi; sed variant quoque depressæ et rugulosæ; numquam vero marginatæ, indeque quoque a Lecideis elucet differentia.

STEGIA. FR.

Receptaculum nullum. *Perithecia* cupulæformia sessilia, operculo convexo deciduo subpapillato, margine perith. elevato prominente tenui cincto, tecto; intus carnulosum.

Observationes.

1. Genus valde paradoxum; nulli affine. Unicum descriptum vegetabile, cum quo comparari potest, est Hypoxylon ostractum *Bull. t.* 444. *l. c.* (Sph. ostrac. *Sowerb. t.* 375. *f.* 9.), quod, nisi entomogonum distinxit tamen quoque Cel. DE CANDOLLE, ad Hysterioid. referens) certe novi videtur generis. A *Stegia* enim differt toto habitu, val-

vaeris conchæ referente, absentia marginis operculi, &c.

3. Unica tantum species, et nova;

328. STEGIA *discolor.*

In ligno et assibus pineis *Poloniæ* detexit Cel. AGARDH, fautor numquam non colendus.

Perithecii pars inferior pezizæformis submembranacea atra, margine concolori valde prominenti cingens *Operculum* (l. perithecii superiorem partem) convexum calvo, disco leviter papillatum, deciduum, humectatum fusco-rufescens. Intus albida est singularis hæc species.

Post Sphærioideos sequuntur *Sclerotia* potissimum; sed in *Hysteria* quoque evidenter transeunt, et præsertim novum genus, *Sph. ostraciam Sowerb.* continens, modo regni vegetabilis civis.

ACTIDIUM. Fr.

329. ACTIDIUM *hyſterioides*, ſtellatum.

Hyſter. globoſum. *Perſ. ſyn. p.* 98.

In ligno decorticato pineo, rarius.

Plurima et eximia ſpecimina miſit Nobiliſſ. Lib. Bar. A. F. WRANGEL, quibus examinatis ad hoc genus referendum potisſimum intellexi. *Fungus* junior quidem exacte globoſus, rimis et magnitudine exceptis, *Actid. Acharii* ſimillimus; adultus vero ſemper radiato-ſtellatus, angulis 3, 4, 5, 6, (vix a pluribus ſpeciminibus confluentibus ortis; 1) enim hæc radiata ſpecimina in ſtatu juniori ſolitaria ſunt et 2.) præcipue rimæ ex uno centro radiant). Cum autem in has ſpecie radiatæ rimæ Hyſterium magis referant, quam *A. Acharii*, quod ſemper *ſphæricum*, nomen triviale *Hyſterioides* elegi.

HYSTERIUM Tod.

330. HYSTERIUM *corrugatum*; crusta effusa membranacea tenui atra, peritheciis elongatis corrugatis atris.

Ad ramos decorticatos abiegnos.

Descr. Opegraphæ species non est, licet crustæ l. hypothallo insidet, qui tenuis elongatus indeterminatus ater, nonnumquam obsoletus. *Perithecia* superficialia, interdum e ligno erumpentia videntur, valde difformia, regularia elongata rugosa, labiis conniventibus flexuosis; irregularia conglomerata sphæriformia valde gyrato-corrugata.

331. HYSTERIUM *biforme*, aggregato-crustaceum, peritheciis convexis subsphæricis lævibus nigris rimoso-dehiscentibus, labiis obsoletis conniventibus immixtis elongatis subflexuosis, labiis distinctis distantibus.

Locus natalis peculiaris et constans, semper in ramis majoribus emortuis madidis *Betulæ*, in arboribus vivis persistentibus.

Descr. *Perithecia* sphæriformia minuta densissime aggregata, ut quasi crustam constituunt atram; lente vero illustrata omnino libe-

ra (nonnulla tamen confluunt), e ligno erumpentia, lævia, per totam longitudinem demum dehiſcentia; quibus mixta ſunt alia longisſima ſuperficialia &c. quæ forte diverſam conſtituant ſpeciem.

332. HYSTERIUM *culmigenum*, innato ſesſile longo-ellipticum planum læve nigrum, labiis diſtantibus. *Tab. VII. f.* 3., *a—c*.

In foliis culmis gramineis emortuis etiam in caulibus plantarum.

Valde affine *H. arundinaceo* Schrad., quod copioſe creſcit in Hallandia, ſed diverſum forma, colore et lævitate. Hæc ſpecies et nonnullæ aliæ natura *Leptoſtromatis*, forma *Hyſterii* forte novum potius conſtituunt Genus: *Clithris* mihi, de quibus et Hipodermate *De Cand.* plura alio differam loco.

333. HYSTERIUM *juniperinum*, ſuperficiali-innatum ellipticum obtuſum nigrum, labiis convexis tumidis lævibus.

Ad folia emortua *Juniperi*.

An hujus varietas ſequens fungus ſemel tantum lectus: orbicularis planus tenuis lævis

niger margine elevato tenui regulari cinctus, qui, si constans nova Hysterii species.

334. HYSTERIUM *aculeatum*, gregarium subimmersum punctiforme nigrum, peritheciis oblongis rotundisque clausis irregulariter rimoso-dehiscentibus, demum collapsis,

Ubique in aculeis *Rosarum*.

Dubia adhuc species. De hoc loquitur Cel. ACHARIUS sub *Vet. Ac. Handl.* 1813. *p.* 94. in nota.

335. HYSTERIUM *punctiforme*, innatum minimum nigrum, perirheciis ellipticis, labiis inæqualibus concoloribus.

In nervis foliorum *Quercus*, nuper emortuorum et de arbore adhuc pendulorum. *Novembri.*

Minimum in toto genere, nudo oculo *Sph. punctiformi* simile; nec nisi lente bene augente distinguitur. *Labia* flexuosa.

LEPTOSTROMA. FR.

336. LEPTOSTROMA *ſcriptum*, epixylum, elongato-lineare flexuoſum l. ſubrotundum tenuisſimum, diſco rimoſo.

In ramis emortuis *Aceris Negundinis.* Paradoxum. Habitus *Arthonia*? An verum vegetabile?

XYLOMA. P.

Genus, quale a Cel. PERSOON conſtitutum multos diverſos continet fungos. Ab his removi:

1.) Species in ſuperficie demum nuda thecigeras. *Phacidium.*

2.) Species intus ſphæruliferas. *Xyloma rubrum &c.*

3. — diſco demum denudato pulverulento. *Depazea.*

A. MAJORA.

337. XYLOMA. *areolatum*, compositum confluens planiusculum opacum nigro-fuscum, eleganter angulato-areolatum. *Tab. VII. f.* 5. *a. b.*

In foliis tabidis *Pruni Padi* Smolandiæ FORSANDER. Etiam in *Pruno virginiano* lectum dedit Illustr. *Swartz.*

Pulcherrimum cum X. rubiformi in toto genere, distiuctissimum superficie secundum areolas venarum folii reguliter et tetraëdro-diffracta. Color quoque peculiaris nigricante-fuscus. Areolæ variant trapeziformes l. exacte quadratæ.

338. XYLOMA *frustulatum*, compositum confluens planiusculum subtuberculatum nitidum nigrum, irregulariter angulato-frustulatum.

In foliis *Salicis capreæ* defectis, Novembri. Ad Fogelsang.

Priori valde affine et olim pro varietate habui; differt tamen, ut e diagnosi patet, colore

nitido et nigro, ſuperficie punctato-tuberculata (nullus tamen perithecia invenire potui) paſſim irregulariter angulato-diffractum, ut nullo modo areolatum dici poſſit.

339. XYLOMA *carbonaceum*, epixylum cinereo-nigrum tectum, dein rimoſo-diffractum, convexum ſubrotundum immarginatum.

Ad ramos exſiccatos ſalignos, frequens.

Proprie nigrum, ſed epidermide corticis tenui nigricanti-cinerum apparet, hæc vero demum irregulariter rumpitur. Intus ſolidiuſculum, maſſa carbonacea atra farctum.

340. XYLOMA *Lauri*, epiphyllum tenuiſſimum difforme clauſum læve planum nigrum.

X. Lauri. *Schleich.*

In foliis *Lauri.*

Ob tenuitatem de ſubſtantia interna nihil afferre poſſum. Omnino diverſa *Sph. Lauri Sow.*, at hæc vix a *Sph. Hederæ*, videtur.

B. MINORA.

341. XYLOMA *Tiliæ*, applanatum tenue coſtato-rugoſum opacum nigrum, diſco excavato.

In foliis emortuis *Filicæ* vere.

Forma eſt ſubrotunda et plano . convexa. Superficies eleganter rugoſa, diſco immarginato depreſſo. Intus concolor.

342. XYLOMA *varium*, gregarium difforme depreſſum margiantum rugulofum opacum nigrum, margine inæquali.

In foliis et petiolis adhuc vivis *Potentillæ* cujusdam. SWARTZ.

Etiam ſi hujus *l*oci eſſet *xylamo herbarum* Albert. et Schwein. (*in* multis tamen deſcriptio recedit) nomen triviale *varium* ob formæ locique diverſitatem optime meretur. Forma nunc ſubrotunda, nunc oblonga hyſteriformis; nunc plura ſpecimina conglomerata, nunc ſolitaria, ut plurimum vero gregaria.

343. XYLOMA *cupulatum*, gregarium ſubrotundum pezizoideum marginatum læve opacum nigrum, margine ſubangulato.

In foliis emortuis *Arbuti uvæ urſi*, frequens.

Priori affine; dupplo vero minus, diſtinctum lævitate et margine angulato. Quoad locum natalem non obſtat *Sph. arbuti* Sowerb. t. 370. f. 6.

344. XYLOMA *Arbuti*, ſparſum immerſum ſubrotundum planatum ſubmarginatum ruguloſum atrum, margine tenuisſimo evaneſcente.

In foliis emortuis *Arbuti alpinæ* SWARTZ.

Inter ſpecimina majora etiam obſervantur alia minora, quæ forte juniora. Quantum a priori differt ſatis e diagnoſi patet.

345. XYLOMA *caricinum*, ſparſum innatum orbiculare convexo - planum ſubmarginatum, læve, margine elevato tenui. *Tab. VII. f.* 4. *a. b.*

In foliis exſiccatis *Caricum* rigidiorum, præſertim *Caricis ericetorum*, primo vere ubique.

A priori, cui ſat. ſimile, differt: 1) loco. 2) innatum quidem eſt; ſed ſupra folium prominet quod non *x arbuti*. 3) Dupplo majus. 4) Forma eſt magis regularis, magis convexa et junioris fungi immarginata, quod verſa vice in priori. 5) Superficies lævisſima.

346. XYLOMA *Potentillæ*, gregarium ſuperficiale orbiculare convexum læve immarginatum opacum atrum? intus cineraſcens.

Sph. potentillæ. *Sowerb. t.* 370. *f.* 2.
In foliis *Potentillæ argenteæ*, vere.

Nullo ab hoc differt charactere *Sphær. Tofeldiæ* l. c. f. 3.; hinc mihi tantum varietas.

347. XYLOMA *aquilinum*, aggregatum superficiale subrotundum difformeque convexo-planum rugulosum opacum nigrum, disco umbilicato.

In foliis emortuis. *Pteridis aquiline* rarius.

Nullo modo *X. pteridis* affine: licet interdum confluens et rarius elongatum. Vix Sphæriæ species, quamvis discus pertusus.

348. XYLOMA *fagineum*, confertum superficiale subrotundum planiusculum eleganter plicatum nitidum nigrum, disco depresso.

X. fagineum. *Pers. syn,* p. 107. *Albert. et Schwein. l, c. p.* 66.

In variis foliis dejectis.

Priori affine, illud vero opacum, magis difforme, disco umbilicato-pertuso; nec plicatum.

349. XYLOMA *Berberidis*, gregariam tecto-superficiale ellipticum planum longitudinaliter costatum immarginatum nigrum.

Hyſterium Berberidis. *Schleich.*

In foliis dejectis *Berberidis.*

Xylomatis certe ſpecies et inter elegantiores forma elliptica. Eodem loco occurrit fungus punctiformis multo minor orbicularis, forte iunior. Tectum eſſe inde concludo (color enim niger); quod ſuperficies fungi ſub lente punctata in omnibus cum folii convenit.

Maxime vero HYSTERIIs accedit *Xyloma hyſterioides* R. Hoc posſideo lectum i foliis *Cratægi oxyacanthæ*, *Aceris*, *Sorbi* (H. aucupar. *Schleich.*) *Rhois Cotini* (H. cotini *Schleich*) *Pyri*, *Vaccinii uliginoſi &c.*

350. XYLOMA *Empetri*, ſubgregarium minus applanatum tenue nigrum, primo depreſſum, dein coſtatum.

X. Empetri. *Wrangel ſec. ſpec.*

Ad minora et tenuisſima pertinet; ſed priori affine *perithеciis?* coſtatis; etiam X. *Andromedæ* P. *perith.*? interdum evidenrer compoſitis.

351. XYLOMA *Carpini*, gregarium confluens angulato - difforme tenue nigrum planum, ſuperficie inæquali.

In foliis dejectis *Carpini Betuli*, *Fagi &c.*

Specimina completa apothecia *Arthoniarum* referunt; sed raro observantur.

352. XYLOMA *Samaræ*, gregarium superficiale confluens difforme nigrum nitidum, in regularibus disco depresso hysteriformi.

In samaris *Aceris plasonoidis* legit FORSANDER.

Vegetabile certe genuinum; sed maxime paradoxum ob formam semper dissimilem, ut amorphum fere dici posset. Maxima *hysteriformia* et læria, minora subrotunda convexo-plana corrugata.

DEPAZEA. FR.

Tab. 5. *f.* 7. *a. b.*

Receptaculum nullum (macula tenuissima effusa in foliis.) *Perithecia* innato-sessilia, demum cupulæformia, disco nudo pulverulento.

Observationes.

1. Facile ex hoc charactere, quantum a Phacidiis et Xylomatibus differt, cuique patet.

2. Au *Eryfiphe* quoque differt; receptaculo tantum maculæforme, peritheciis innatofesfilibus, difco pulverulento. In *Eryfiphe* receptacul. floccofum, perithecia globofa libera, difcus depreffus villofus.

Sequentes fpecies a me vifæ funt:

353. DEPAZEA, *frondicola*, peritheciis in macula cinerafcenti fparfis. *Tab. V. f.* 6. 7.

In foliis adhuc vivis, paginaque inferiori, *Populi tremulæ*. Primus in Suecia legit Cel. ACHARIUS.

Eft *xyloma concentr.* Perf. fyn p. 107., numquam vero concentricum obfervavi; nomen igitur triviale mutavi et, cum huic fpecies omnino peculiare, quod in foliis adhuc vivis crefcat, inde novum petendum effe duxi. *Perithecia* parva, fere immerfa; margine prominente nigro; difco albido-cinerafcente.

354. DEPAZEA. *quercina*. peretheciis circa maculam albidam circinnatis.

Xyl. quercimum, Fr. Mscr. (fub hoc nom. variis dedi.)

In foliis emortuis *Quercus*, vere.

Macula albida nihil aliud, quam folii pars, cui innafcitur, magis exficcata; interdum quo-

que desideratur et perithecia sparsa observantur. *Perithecia* prioris duplo majora, viginti circiter concentrica, qarum angulata plana nigra, interdum confluentia, tardius rupta et minus distincte pulverulenta.

ERYSIPHE. DE CAND.

355. ERYSTIPHE *varium* I. p. 206. Sub hoc nomine intellexi: E. *Coryli. Alni, Fraxini, Salicis: Aceris, Polygeni, Populi Pisi, Cichorcearum, Heraclei. Convolvuli.* Dec, syn. p. 57. Omnes sic dictas species legi et longe plures alias, quæ inter se nihil differunt. nisi filamentis plus minusve interfectis. Neque color in charactere ingredi debet. Conf. E. radios. *mihi l. c.*

ASTEROPHORA. DITTM.

356. ASTEROPHORA *Agaricoides*, sporangio subtus lamelloso.

A. Lycoperdoides. *Dittm.*

Agaricus Lycoperd. — *Pers. Syn.* p. 325. *Bull. t.* ~~19. f. 1.~~ 166

Rarissime in Suecia ad Agaricos putridos legi. (*Thorsberg.* paroec. Lidhult.)

*G*enus eximium, non vero heteroclitum, Onygenæ proximum, hæc vero species heteroclita et A. *agaricoides* necessario dicenda.

357. ASTEROPHORA *Lycoperdoides*, sporangio subtus lævi, stipite brevi glabri.

Agaricus Lycoperdoides. *Sowera*, *t.* 383. (*stip. longior.*)

Ad Agaricos putridos legi copiose prope Femsjö *d.* 15. *Sept.* 1813.

Descr. Gregaria subcæspitosa. *Stipes* brevis (2 lin.), solidus, sursum incrassatus, teres glaber albidus. *Sporangium* subglobosum solidum, magnitudine pisi l. nucis Coryli, cinereum, superne ruptum sporidiis angulatis furfuraceum, margine involuto, intus aquose pallidum, subtus læve pallescens.

Vix a noſtro ſpecie differt fungus Cel. SOWERBY.

358. ASTEROPHORA *phyſaroides*, ſporangio ſubtus lævi, ſtipite elongato glabro.

Fungoidaſter in fungis putridis — — ſemine ſtellato. *Mich. Nov. plant. Gen. n. l. t.* 81. *f.* 1.

In Agaricis putridis Italiæ. *Micheli.*

Nullum dubium, quin hujus generis diſtictæ ſpecies.

359. ASTEROPHORA *Trithioides*, ſporangio ſubtus lævi, ſtipite villoſo.

Legi ad Femsjö in eodem *Fungo*, eodemque die ac *n.* 357.

Deſcr. Gregaria, ſubcæſpitoſa. *Stipes* 2—4 lin. longus, ſolidus teres, demum compreſſus ſubſulcatus, villoſus albus. *Sporangium* globoſum, magnitudine aciculæ l. parum ultra, villoſum album, margine totum involutum.

Sporidia effundere non vidi; ſed etiam hujus generis ſpecies certe memorabilis.

Omnes, quod peculiare, nascuntur in *Galorrheis* l. *omphalia adusta*.

LIGNIDIUM. LINK.

360. LIGNIDIUM *muscicola*, peridio griseo, floceis luceis, sporidiis nigris

In *Hypno prolifero*. Septembri

Descr. Gregarium sessile inquinans, 4—6 lin. latum, basi membranæ sordide albæ innatum. *Peridium* subrotundum-depressum griseum. *Flocci* copiosissimi adnati lutei. *Sporidia* mediocria nigra.

LYCOGALA. MICH. — PERS.

361. LYCOGALA *terrestre*, cæspitosum globosum obovatumque miniatum, exsicatum expallens subpunctatum.

Lycog. terrestre, cæspitosum, æris recocti colore. *Mich. Gen.* p. 216. t. 95. *f.* 5.

Ad terram nudam locis deustis montanis *Smolandiæ* lectum misit amic. *Hesslen.*

Apud vias quoque olim vidi *Lycog. flavum* Sprang.; non vero *L. contortum* Dittm.

NAEMATELIA. FR.

Sporangium subrotundum carnosum, strato vesiculoso gelatinoso fructificante tectum. *Sporidia* in ambitu dispersa, raro emergentia.

Observatio

Maxime recedit a *Tremellis*. de quibus plura alio loco, substantia interna carnosa. *Conf. Alb. et Schwein. l. c. p.* 301.

362. Species duo.

1. *Naematelia encephela*, plicata carnea.

Tremella encephala. *Pers. sy. p.* 623. *Willd. in Bot. Magaz.* 1. *p.* 17. *t.* 4, *f.* 14.

Ad ligna pinea. Legi sero autumno et vere.

2. NÆMATELIA *tubiformis*, gyrosa lutea.

Cum priori, rarior.

RACODIUM. P.

363. RACODIUM *rubiginosum*, rubiginosum molle dense contextum, tuberculis rotundis inspersum.

Byſſus intertextum. *Dec. ſyn.* p. 13.

Ad ligna vetuſta, rarius.

Veriſſima Racodii, ſenſu LINKII, ſpecies.

PHYLLERIUM. FR.

364. PHYLLERIUM *Rubi*, effuſum planiuſculum album, floccis ſubintricatis rectis cylindricis, apice acuminatis.

In pagina inferiori *Rubi corylifolii*, rarum.

Locus inter *Ph. pyrinum* et *Gei.* Tomentum album refert in pagina foliorum inferiori; ſed etiam in ſuperiori, quamvis in hac minus ſit effuſum.

Erineum Ilicinum *De Cand, ſyn. p.* 15. an hujus l. ſequentis generis ſpecies.

ERINEUM. P. FR.


365. ERINEUM *lacteum*, ſubeffuſum planum infra-foliaceum album, cupulis valgis, uno latere elongatis, cum ſtipite confluentibus.

In foliis vivis *Fagi sylvaticæ.*

Omnino diversum videtur ab *E. fagineo* P. — Vidi tantum æstate et autumno. Color albus. demum flavescit.

Obs. Er. negundineum I. *p.* 223. dicendum *Er. luteolum* crescit enim in foliis *Aceris opulifolii*, nec *negundinis.*

Tab. VII.



Tab. VI.

Fig. 1.




Fig. 2.




Fig: 3.




Fig. 4.



Tab. V.



Tab. VIII.



ADDENDA.

p. 4. Amanita *porphyria* A. S.
Hujus forma major, ſtipite farcto, eſt Ag. ſinuatus. *Schum.*

p. 12. Agaricus *muricatus*. *Fr.*
Ag. luteus. Bolt. t. 50.

p. 54. Ag. *scambus*. *Fr.*
Pulv. ſem. ferrugineus.

p. 63. A. *multiformis*. *Fr.*
A. varius. *Schaeff.*, t. 42. — Ab A. glaucopode certe diversus.

p. 68. A. *callochrous*. Pers.
A. decolorans. *Pers. ſyn.* p. 282. (forma minor.)

p. 73. *A. anomalus*. Fr.
Inter formas juniores militat Ag. eumorphus. *Pers. ſyn.* p. 342.

p. 76. A. *venetus* *Fr.*
Ab A. raphanoideo praeclare diſtinctus.

p. 87. A. *violaceus*. L.
A. hercynicus. *Pers. ſyn.* p. 278.

p. 96. A. *griſeo cyaneus*, Fr.

7 Sept. 1943
Dr. Rogers
(Addenda in this copy)

A. atro - cyaneus *Perf.* fine dubitatione.

p. 99. A. *cuneifolius.* Fr.
Statum rimofum fiftit! Ag. cinereo-rimofus *Batfch. El. Cont.* 2. p. 83. f. 206. Haud affinis A. pratenfi.

p. 118. Agaricus *albobrunn.* P.
A. leucophyll. *Alb et Schu.* p. 163.

p. 119. A. *flavo - brunneus.* Fr.
A. tricopus. *γ. Alb. et Schu.* l. c.

p. 128. A. *petigofus.* Fr.
A. rufipes. *Perf. ic. et defcr.* p. 4 *t.* 1. *f.* 5. (omiffus in defcripf.).

p. 165. A. *trachilinus.* Fr.
Eximia fpecies, affinis A. ftylob. Pulv. fem. albus.

p. 166. A. *clandeftinus* Fr.
P. S. roseus.

p. 197. *A. finopicus.* Fr.
A. fquamul. *β. A. S. p.* 217. hujus varietas.

p. 213. A. A. *affricatus* Fr.
Synon. cit. certum eft; Agaric. enim tigrinum verum eique affinem

A. *lepideum* dicunt

A. teſſulatum, β. — *l c. p.* 226.

p. 247. Boletus *fulvidus.* Fr.

Praeclare diverſus. Lectus quoque poris citrinis.

p. 269. Hydna ſtipitata mihi plura jam innotuerunt. H. ſubſquamoſ. *Batſch.* laevigato proximum eſt H pullum *Obſ.* 1. p. 153. eſt verum H. ſuaveolens, a quo etiam omnino differt *Hydn. ſuberoſ. cinereum* Batſch., paſſim obvium.

P. 285. Himantia *lateritia.* P. Typhulae ſpecies eſt.

p. 299. Mitrula *puſilla.* Fr. Certe in Succia lecta. Sub *Mitr. paludoſa* conjungo Leot. Bulliardi, Dickſonii & Ludvigii. — Aliam diverſam dico M. *montanam.*

p. 303. Peziza *violacea.* P. tolle dubitationem.

p. 312. Phacidium.

Amicisſimus *G. Kunze*, Mycolog. eximius, hujus generis promiſit monographiam exoptatisſimam.

p. 319. n 6. Interdum oſtiolorum colla exſerta, locis humidis clauſis dejecta, producuntur. Facile tamen a roſtellis differunt. Vide *V. A. H.* 1817. p. 82.

p. 321. Sphaeria *Populi.* Sow.
Vera eſt. E Blekinga miſit *Aspegren.*

p. 370. NAEMATELIA (a ναιμα & ειλεω, circumcludo gelatina) eſt Encephalium. *Link.*

Tab. VI. Artificis negligentia nihil valet. Fructificatio generis Hypochni nunc mihi cognita.
